CONTINENTUR IN HOC VOLUMINE: AESOPI PHRYGIS FABULAE CCXIIII. E GRAECO IN...

Aesopus, Avianus Poeta, Lorenzo Astemio, Salo Parmensis







CONTINENTVR IN HOC VOLVMINE.

Æſopi Phrygis fabulæ. CCXIIII. e Græco in Latinum elegantiſſima oratione conuerſæ.

Eiuſdem fabulæ. XXXIII. per Laurentium Vallam virum Clariſſimum verſæ.

Eiuſdem fabulæ. LXIII. a Salone Parmenſe verſu Elego latinitate donatæ.

Eiuſdem item fabulæ. XLII. Elego quoq; verſu ab Auia no tralatæ.

Laurentii Abſtemii Maceratenſis Hecatomythium primū, hoc eſt Centum fabulæ.

Eiuſdem Hecatomythium ſecundum, hoc eſt Centum fabulæ.

Eiuſdem Libellus de verbis communibus.



Aesopi Fabularum Tabula.

FINIS.

¶Tabula in triginta tribus Aesopi Fabulis per Laurentium Vallam e græco in latinum conuersis.

FINIS.

Aesopi fabularum tabula Salone interprete.

FINIS.

Aesopi fabularum tabula Auiano interprete.

Laurentii Abstemii Fabularum tabula in Hecatomythio primo.

ni laudans. 86.
Vulpes celeritatem,& Lepus calliditatem ab Ioue petentes. 87.

FINIS.

Laurentii Abstemii Fabularum Tabula i Hecatomythio secundo.

FINIS.

Domicus Palladius Soranus ad Lectorem.

O vtinam se se posset spectare latinum
Nobis qui græce tradidit ista prior.
Diceret is, credas, hinc græca Thalia recede,
Cultius hæc quoniam musa latina canit.

Ioannis Andreæ Turriani in Æsopi Fabulas Carmen.

Iam tandem passus tineas, cariemq; libelle
Exi, quid dubitas, Rhinocerota times?
Te tuus excipiet sumptis Massarius armis,
Donec securo te sinat ire gradu.
O cedro decorande liber, frons pumice leui
Ornetur, nitida & cornua fronte geras,
Nam cum te toto laudet Massarius orbe
Viuere te claro sidere certus eris.
Interea infaustis auibus ducatur in æuum
Nobile tentarit lædere siquis opus.

FINIS.

Franciſcus Maſſarius Venetus Ioanni Andreæ
Turriano ſuo Salutem.

Complures Turriane iucundiſſime mihi tecum amoris cauſæ ītercedūt,& hæ magni quidem ſunt ponderis,quæ ad te quodā animi affectu complexandū, amandūq; me compellere,ac quodam modo cogere uidentur. Sed me magis,ac magis iſtæc tua florens in iuuenili ætate facūdia mouet,ꝑcipue reꝝ,ac literaꝝ īſtitutio, quā tuis cōtinuis vigiliis, tuo frequenti,ac aſſiduo ſtudio tibi maxima cū laude cōparaſti me miꝝ in modū excitat, arctatq;. Ea enī te adeo clarum,& illuſtrem reddidit,vt qui tecum ſit cō/parandus, non facile eſt reperire. Nempe virtutes animi omnino fuluo ſunt auro pretioſiores,quibus ſine,natura hominis eſt admodum cæca. Vnde ille peripateticorum princeps Ariſtoteles ad Alexandrum ſcribens: Longe inquit pulchrius eſt ,ac regale magis animo eſſe bene con/ſtituto,q̄ habitum corporis veſtibus ornatum pulchris intueri. Tu vero id prudentiſſime obcallēs, ad animum uirtutibus excolendum ſemper incubuiſti: cognoſcens hoīem iure appellari neminē, niſi qui diuina ꝓpemodū īſignitus virtute refulgeat. Nō igit̄ (ut opinor) miraberis ſi quos vehemēti quodam animi ſtudio, atq; iucūditate Aeſopi Phrygis Apologos, elegātia fictiōis illuſtres plegerim, eoſq; miris q̄buſdā laudibus extollere ſoleā, quū p̄ſertim viri multi, in literaꝝ cultu nō ignobiles, in huiuſmodi īterpretādis Apologis inſudauerīt: p̄cæteris Laurētius Vallēſis literis homo multis, rerūq; græcaꝝ plurima, atq; varia ſciētia p̄ditus; cuius libri nō īcelebres feruntur,

tres & triginta Aesopi fabulas e græco in latinum vertit
sermonē, haud medius fidius vsqueq̄q; aspernandū. Gua
rinus etiam Veronensis, Oībonus Leonicenus, cōplures
q; alii viri ætatis suæ doctissimi, ingenioq; amœnissimo,
& græca facundia celebres. Romulus & quidam etiam
soluta oratiōe, & Salo Parmēsis, ac Auianus elego uersu
nōnullos Aesopi Apologos latinitate donarūt. De quo
Phryge hoc egregio fabulatore, haud pauci non extre-
me classis authores, mentionem fecerunt. Nam Macrobi
us vir & græca facundia, & consulari honore præditus,
Aesopi Apologos adhortationis in bonā frugem gratia
repertos esse testat̄. Quid & A. gellius florentis homo fa
cundiæ, & reꝝ, literarumq; veteꝝ impense doctus de Ae
sopo locutus est? his vsus uerbis. Aesopus ille e Phrygia
fabulator haud immerito sapiens æstimatus est, quū quæ
vtilia monitu, suasuq; erant, nō seuere, nō imperiose pce-
pit, & cēsuit, ut philosophis mos ē, sed festiuos, delectabi
lesq; Apologos cōmētus, res salubriter, ac ꝓspiciēter aīad
uersas in mentes, aīosq; hominū cū audiendi quadam ille
cebra induit. Horatium quoq; poetaꝝ elegātissimū, Ae-
sopias fabulas adducere, suoq; carmini adnectere non pu
duit, quū cecinerit. Olī qd' Vulpes ægroto cauta Leoni.
& alibi. Parturient montes, nascet̄ ridiculus mus. Cæteꝝ
ut Fabiū, & alios tam poetas, q̄ philosophos clarissimos
omittam. Aristoteles ꝑstabilis homo sapientiæ, eiusq; oī
bus exhibendæ prōptissimus, quē omnes, tum græci, tū
latini, īgenii, studii, doctrinarūq; nomine summe reueriti
sunt, in Rhetoricis ad Theodectē ostendit, Oratorē ꝓ ut
res, & locus exigit, ad exēpla, similitudines, fictosq; Apolo

gos recurrere oportere,aliq̃ adducẽs exẽpla. Ait enĩ, Ste/
ſichorus,quõ Himerei Phalarim ĩperatorẽ cõſtituiſſent,
cuſtodeſq; corporis daturi eẽnt: poſtq̃ alia diſſeruit, Apo
logũ eis dixit. Equus ĩquit prata ſolus obtinebat, quorũ
quũ Ceruus aduenĩẽs paſcua deuaſtaſſet, de vltiõe Cerui
hominẽ cõſuluit. At ille facile inqt, ſi frenum patieris, &
ego in te haſtã tenẽs aſcẽdero. Accepit Equus cõditionẽ,
aſcendit in ipſũ Homo. Ita ꝓ vltiõe, hoĩ Equus ſeruiuit.
Quãobrẽ & vos inqt cauete, ne quũ velitis hoſtẽ vlciſci,
idẽ qđ Equus patiamini. Frenũ iam recepiſtis, ꝙ ĩperato
rẽ dictatorẽ cõſtituiſti. Si vero cuſtodiã quoq; dederitis,
ac aſcendere ꝑmiſeritis, ſeruietis profecto Phalaridi. Ae/
ſopus autẽ quom in Samo primatem quẽdã populi capi
tis accerſitum defenderet, dixit: Vulpẽ quum fluuiũ trã/
ſiret in foueam decidiſſe, eiq; longo ibi tempore quum
exire non poſſet afflictæ multas caninas muſcas inſediſſe.
eam tranſiens aſpexit Herinaceus: miſertuſq; rogauit, ſi
vellet, vt ab ea caninas muſcas euelleret, quũq; ipſa negaſ
ſet, cauſam miratus quærebat. Tunc illa, iam inquit, hæ ſa
turatæ, paꝶ ſanguinis trahũt, ꝙ ſi has tu excuties fameſcẽ
tes veniẽt aliæ, q̃ qđ mihi ſanguinis reſtat, totũ ebibẽt. Sic
igit̃ dixit, vobis quoq; viri Samii, nihil iam iſte locupleta
tus officit: ſi vero hũc ĩterimetis, pauperes alii locum eius
occupabunt, qui ciuitatis pecuniã facile rapiendo cõſu/
mẽt. Huiuſmodi itaq; Apologi ad populũ maxime accõ
modati ſũt. Quemadmodũ M. Menenius Agrippa (vt
Liuius teſtat̃) quõm plebẽ a ſenatu diſſẽtire videret, ſapiẽ
ter ĩ cõciõe locutus eſt, atq; eũ huiuſmodi cõciliauit Apo
logo. Olim inqens qrites, humani artus ventrẽ otioſum,

& desidē ītuentes, ab eo discordarunt, nec amplius illi ci/
bum administrare decreuerunt. Sed quū ipsi quoq; ali/
menta illi denegādo, quæ per mēbra omnia deferunt, de
ficerent, cum eo in gratiā redierunt. Eodem inquit modo
senatus & populus: quasi vēter & membra, alteꝝ alterius
auxilio indigent, & vt discordia ītereunt, ita cōcordia va
lent. Quo Apologo populus reuocatus cum senatu ami
ce vixit. Nō minori quoq; ingenio Demades pstantissi//
mus orator, quom Athenis cōcionaret, nec attentas po//
puli haberet aures, quādā fabulam sedictuꝝ eē pollicitus
est. Adhibuerūt illi actutū aures. Ille subdidit. Ceres, Hi/
rūdo, & Anguilla iter faciebāt, quom vero ad fluuiū quē
dā appropinqssent. Hirūdo euolauit, Anguilla se in aqs
īmersit. his dictis, Demades conticuit. Instabant illi rogā
tes, quid Cereri accidit. Stomachata est inquit, ppterea
qđ ad audiendas fabulas vacatis, res necessarias ciuitatis
negligitis. Hos igitur Aesopi Apologos vna cū his, qui
ab Abstemio viro eruditissimo editi sunt, diligenti cura,
ac studio emēdatos, nō veluti rem leuiculam tibi dedica/
re volui: cognoscēs haud dubie tibi maxime profuturos,
quom oratoriæ facultati operā nauiter impenderis. pfu/
turos etiā arbitror his oībus, in quoꝝ manus puenerint,
quādoqdē multa, atq; varia insunt, quæ ad vtilitatem atq;
ad audientium voluptatem spectare videmus. Eosq; hila
ri, ac festiua frōte suscipias oro, vt indices sint apertissimi
amoris mei erga te summi, vtq; quātum te obseruo: ac ve
neror, cum multis quidē de causis (vt dixi) tum maxime
ob insignē tui animi virtutē, non subobscure intelligas.

VALE.

ÆSOPI Phrygis pulcherrimi ac delectabiles Apologi feliciter incipiunt.

De Cassita. I.



VICVLA est parua, nomen est Cassita, habitat, nidulaturq; in segetibus, id ferme temporis, vt appetat messis, pullis iamiam plumantibus, ea Cassita in sementes forte concesserat tẽpestiuiores. propterea frumẽtis flauescentibus, pulli etiã tũc iuo lucres erant. Quum igitur ipsa iret cibum pullis quæsitũ, monet eos, vt siqd ibi nouæ rei fieret, diceret ve, animaduerterent, idq; sibi vbi redisset, renũtiarent. Dominus postea segetum illaꝝ filium adulescentem uocat, & vides ne inquit hæc ematuruisse? & manus iam postulare? Iccirco die crastĩo vbi primũ diluculabit, fac amicos adeas, & roges veniant, operãq; mutuam dent, & messem hãc nobis adiuuent: hæc ille vbi dixit, discessit, atq; vbi rediit Cassita, pulli trepiduli circũstrepere, orareq; matrẽ, vt statim iam properet, atq; alium in locum sese asportet, nã dominus inqunt misit, qui amicos rogaret, vt i luce oriente veniant, & metant. Mater iubet eos a metu otiosos eẽ. Si enĩ Dominus inquit messem ad amicos reiicit, crastino seges non metetur, neq; necesse est hodie vti vos auferam. Die igitur postero mater in pabulũ volat. Dominus quos rogauerat opperit͂, Sol feruit, & fit nihil, & amici nulli erãt. Tum ille rursum ad filium, amici isti inqt magnã in partẽ cessatores sũt, quin potius imus, & cognatos, affinesq; nostros oramus, vt adsint cras tempori ad metendum? Itidẽ

hoc pulli pauefacti matri nunciant. Mater hortat͂, vt tũ quoqꝫ ſine metu, ac ſine cura ſint, cognatos, affineſqꝫ nul// los tá obſeqbiles eſſe ait, vt laboré capeſcendũ nihil cõten tur, & ſtatí dicto obediát. Vos mó íqt aduertite, ſi mó qd denuo dicet͂. Alia luce orta auis í paſtũ pfecta eſt, cognati & affines operá, quá dare rogati ſũt ſupſederũt. Ad poſtre mũ igit͂ Dñs filio, valeant inqt amici cũ ppinqs. Afferes prima luce falces duas, vná egomet mihi, & tu capies alte ram, & frumẽtũ nos metipſi manib⁹ noſtris cras metemus. Id vbi ex pullis dixiſſe dñm mater audiuit, tp̃s inqt eſt ce dendi, & abeũdi. fiet nunc dubio pcul qđ futuꝝ dixit. In ipſo. n. iá vertit͂, cuia eſt res, nõ í alio, vñ petit͂. atqꝫ ita Caſ ſita nidum migrauit, & ſeges a Dño demeſſa eſt. Hec qdé eſt fabula, de amicoꝝ, & ppinquoꝝ leui plerũqꝫ & inani fiducia.

De Aquila, & Graculo. II.

Aquila ex alta deuolans rupe, Agnum rapuit, Graculus id cõſpicatus, æmulatiõe rem imitari voluit. Delatus igitur magno ſtrepitu, Veruecem aggreſſus eſt, & defixis í vel/ lere vnguibus, cum íde ſe tollere neqret, incaſſum volita/ bat, dum Opilio re aíaduerſa, accurens eum comp̃hendit, eiuſqꝫ pénas circũcidit, ad veſperá deniqꝫ ad ſuos filios at/ tulit, qbus rogantibus, quæ auis illa eſſet. Inqt, vt ego cer to ſcio Graculus eſt, vt ipſe ſibi voluit Aquila. Fabula in nuit, certamen aduerſus p̃ſtantiores, p̃terq̃, ꝙ nihil efficit, in calamitatem quoqꝫ plerumqꝫ decidere ſolet.

De Aquila, & Cantharo, hoc eſt Scarabæo. III.

Aquila inſectabat͂ Leporé. Ille auxilio deſtitutus, ad Can/ thaꝝ ſupplex venit. At Cantharus bono aío eſſe Lepori dixit. Veꝝ, vt Aqlam appropinquaté vidit, orabat ne ab

le supplicē auelleret. At Aqla, puitate Cāthari despecta, corā Leporē deuorauit. Inde simultatē, & odiū Canthar⁹ aduersus Aqlā exercebat, obseruabatq; & ī dies eā, & si qñ oua foueret Aqla discedēte, sublimis ille elatus, voluebat oua, & īter se collidēdo frāgebat. Hoc pacto læsa Aqla, ad Iouē confugit. Est enī Aqla Iouis sacra auis, orauit, daret sibi locū vbi tuto nidificaret. In suo gremio Iupiter oua Aquilā fouere iussit. vbi Cantharus id resciuit, globo ex stercore facto subuolauit, atq; ī Iouis gremiū sese de repē/te īmisit. Dū Iuppiter stercus excutere contendit, oblitus quid gestaret, oua decidūt, atq; frāgunt̄. Inde vsq; ad hūc diem Aqla, tūc oua excludere aiūt, cū Cāthari absunt. Fa/bula īnuit, neminē cōtēnere oportere q̄libet paruū. Null⁹ enī tā est ībecillis, quī lacessitus, aliq̄ rōne possit se vlcisci.

De Debitore, & Creditore. IIII.

Cogebat̄ Athenis a Creditore Debitor, vt æs alienum dis/solueret. Rogabat, obsecrabatq; prīo debitor, vt paululū tpis ad soluendum sibi prorogaretur, ostendebatq; ino/piam. Verum, vbi nihil persuadere videbat, Suem produ/xit, q̄ sola ei erat: & Creditore pñtę vendebat, accessit Em/ptor, rogat an Sus fœcūda sit. Ait ille nō mō eā eē fœcūdā, sed mira quoq; id rōne ipsi cōtingere. Nā initioꝝ tpe, fœ/minas enitit̄, ī mineualib⁹ mares. Cū ille nouitate rei stu/pesceret, addidit Creditor, noli admirari. Nā tibi si eā eme/ris ī bacchanalibus ēt hædos enitet̄. Fabula īnuit, plerosq; studio lucri haud q̄q̄ pigere etiā iis, quæ fieri nequeant, te/stimonio suo falso astipulari.

De Pastore. V.

Pastor Capellas ad pabulum egit, cū conspexisset plerasq; feras īmixtas suis, facto vespere, vniuersas ī suū cōpulit sta

bulū, postridie īgēti exorto frigore, cū feras educerē ad cō sueta pascua nō posset, ītus curabat, at suis pa℞ p̄bebat ali mēti. Hactenus. s. ne fame perirēt, foris abūdātius ꝓpone bat cibū remissa hieme, vt cūctas ad pabulū eduxit, e ve stigio feræ, vt mōtes nactæ sūt, diffugierūt. Incusabat Pa stor, & īgratitudinē exprobrabat, si qdē diligētiore cura saginatæ ipm relīquāt. cōuersæ dixerūt, hoc magis nobis cruēdū est. Si. n. nos alienas, & feras, vt accessimus diligen tius curandas consueuisti, q̄ illas quæ tuæ erant, liquet vti q;, si posthac accesserint, te illas nobis prælaturum.

De Mustela rustica VI.

Mustela rustica vt audiuit cortales aues morbo laborare, ī spē medici apportās idonea ad medēdū īstrumenta affuit, astititq; ꝓ foribus cortis rogabat vt valerēt: illæ p q̄ cōmo de pulchre īqunt, modo tu hinc abeas. Ita īprobi hoīes prudentes nō latent, etiā si admodū ꝓbitate præse ferant.

De Paupere Deis impossibilia ꝓmittente. VII.

Homo inops ægrotabat, maleq; vexabatur, vt medici despe rarent salutem. Deos orare cœpit, pollicitus, si sanitatem rursus ei restituāt, centū boues ī sacrificiū ipsis se allatu℞. Rogante Vxore vbi tot boū haberet, si sanus fieret? Inqt ille. Putas ne me hic surrectu℞, vt Dii vota hæc a me exi gant? Fabula innuit, plerosq; facile polliceri, quæ re perfi cere posse nō sperant.

De Vulpe, & Hirco VIII.

Vulpes forte in puteū decidit, stabatq; anxia ꝓ eo, q; ratio nē p ascēsū euadēdi nullā sibi ꝓpōi videbat. Siti cōpulsus Hircus ad os putei accessit, ut Vulpē vidit rogat an bona sit aqua. Illa sortē amplexa libēs lōgā laudē aq̄ detexuit. pulchrā eē īquiens, & gustu suauem. Hortariq; eū cœpit,

ne cunctaret̃ quin descéderet. Ille stulte desiluit: cupidinẽ bibendi cũ extinxisset, ad ascensũ respexit, cũ exire nõ pos set, Vulpem cõsulit. Quidnam agendũ ei videretur. Illa pulchrũ inquit excogitaui cõsiliũ ad salutem, mõ tu ve lis. Si primores pedes muro appuleris, deĩde proclinatis cornibus ego per tergus vadens tuũ, vbi ascẽdero te quo q; sursum attrahã. Ille alterꝰ hoc quoq; admittit consiliũ alacer obsequit̃. Hac ratiõe Vulpes p crura: tergusq; Hirci, innixa cornibus ascendit: & ad os putei adstitit. Hircũ q; saluere iubens abituræ similis videbat̃. Exposcebat ille quãobrem promissa transgrederet̃. Conuersa Vulpes re spõdit. Heus tu si tantũ mentis quãtũ pillorꝰ in mẽto ha beres, nõ prius descendisses: q̃ de ascensu cõsiderasses. Ratio fabulæ est, prudentia, & mente præditos homines, fi nem rerꝰ prius animo excogitare debere, deinde dare eis operam incipere. De Vulpe. IX.

Vulpes esuriens conspexit pendentes racemos de qbusdã ramusculis, quos capere magnoper̃ voluit qdem, sed mi nime potuit. Inde cassa abscedens, secũ dixit: bene est, nõ dum erant maturi. Hac ratione pleriq; homines, quæ ma xime velint, cum assequi nequeant, tempora causantur.

De Vulpe. X.

Vulpes laqueo capta, abscisa cauda fugit, turpe id sibi pu tans carere caudã, cõstituit id ipm cæteras Vulpes facere sũmope adhortari. Nẽpe, ut cõi calamitate suã ipsa obte geret turpitudinẽ. Cõgregatis oĩbꝰ Vulpibꝰ, cõcionata ẽ, suadens caudas oẽs abscĩdere, nõ.n. indecens hoc est dũtaxat membrũ, ĩmo ẽt supuacaneũ, & oneri aptũ. Excepit vetula q̃dã Vulpes, heus tu, certe nisi hoc cõduceret tibi,

nobis id vt faceremus nequaq̃ consuleres. Fabula innuit, ĩprobos hoĩes nõ beniuole cõsulere amicis, sed ad cõ mo/dũ, vsumq; suũ.

De Homine oculis capto XI.

Homo oculis captus. Cõsueuit qcq̃d in manus suas veniret tactu disqrere, q̃le id eẽt. Traditus aliqñ ei est Lupius Ca/tulus, quẽ tactu identidẽ tractans, quid nã eẽt ambigẽs, de niq; dixit, Canis ne, an Vulpis? an eiuscemodi aĩantis fœ/tus? hoc sit eqdẽ nescio. Illud certe scio, hoc qcq̃d ẽ aĩalis ad gregem ouiũ adducere nõ ẽ re esse. Fabula ĩnuit, affecta tiões intimas ĩprobo℞ sæpenumero, q̃litate, dispositoneq; corpis dignosci.

De Agricola, & Filiis ipsius. XII.

Homo Agricola iã morti finitimus, cũ voluisset suos Filios ad amorẽ agricolendi ĩcendere, accersitis ad se eis dixit: Fi lioli mei, Ego iã de vita demigro, qcq̃d mihi patrimonii est, in vinea nostra ĩuenietis. Illi Patre vita defuncto, ra/ti thesau℞ ĩ vinea esse abscõditũ, ligonibus, falcibus ampu tatoriis, similibusq; acceptis, vineam enixe effoderũt, atq; penitus expurgarũt, & thesau℞ qdẽ nusq̃ adepti sunt. Vi/nea vero bene defossa, diligẽterq; expurgata, multiplices, & vberes attulit fructus, & possessores locupletauit. Fabu la ĩnuit, Laborem & ĩdustriam ꝑ thesauro mortalibus eẽ.

De Astrologo, & Viatore. XIII.

Consueuit qspiã side℞, corporũq; sublimiũ Cõtẽplator, sin gulis diebus prima nocte sidera, & cælũ suspicere, & mea/tus eius diligẽter explorare. Accidit semel ei, vt dũ in sub urbiis cõtẽplatiõi huiusmodi penitus ĩtẽderet, in puteũ ĩ/prouiso caderet, cœpit lamẽtari, & auxiliũ ĩclamare. Hac vociferatiõe, quidã ꝑtereundo admonitus, accessit. Quid rei sit sciscitat̃, casum deniq; didicit. Cõuersus ad Astrolo

gum. Heus inqt tu, quæ in cælo sunt cõspicari conatus, q̃ ĩ terra, & ꝑpe pedibus sunt, nõ cernis. Fabula ĩnuit, ꝙ pleriqꝫ, quom pñtia nesciant, futura cognoscere gloriant.

De Vulpe, & Cane. XIIII.

Vulpes in gregem ingressa ouium Agnum lactentem apprehẽdit, eumqꝫ deosculari fingebat. Rogauit Canis quã obrem id faceret. Alludo inquit, atqꝫ amplector præ amore. Atq respondit Canis, nisi actutum Agnum dimiseris, Canem tibi adducam, qui cũ ludas. Ad hominem vafrũ, & deceptorem Fabula opportuna, & idonea est.

De Lupo, & Vetula. XV.

Lupus esuriens circuibat quærendo cibum, profectus autẽ in locum quendam, audiuit plorantem Puerulum, eiqꝫ Vetulam dicentem, desine plorare, sin minus, hac hora te Lupo tradam. Ratus autem Lupus Aniculam serio dicere. Expectabat ad multam horam. Postq̃ autem successit vespera, audit rursus Vetulam blandientem Puerulo, & dicentem, si Lupus huc venerit, interficiemus eum fili. Hæc audiens Lupus abeundo dicebat. ĩ hoc tugurio, alia quidem dicunt, alia autem faciunt. Fabula, in eos, quoꝝ facta, verbis minime respondent.

De Hirundine, & Luscinia. XVI.

Lusciniæ cõsulebat Hirundo, vellet cum hominibus cõsuescere, atqꝫ vna habitare, quẽadmodum ipsa faceret. Respõdit illa, nolo dolorẽ iã antiquatæ calamitatis reminisci, q̃obrem solitudine me oblecto. Fabula innuit, potius sine dolore viuere in desertis, q̃ cũ malis habitare in ciuitabus.

De Capella, & Asello. XVII.

Capellam, & Asellũ Homo qdã domi pascebat. cõmota est

inuidia Capella ꝑ eo, q̃ plus cibi Asello subministrabat. Accedit ad eũ, atq; ei curam ꝑtedens, heus, nimis inqt laboras: nũc molando, nũc ferendo sarcinas, quamobrem tibi consulo, fingas te insanum, & morbo siatico captũ, atq; subinde ĩ aliquam foueam te deiicias, vt aliqñ quietis particeps fias. Credidit Asellus, & in foueã se ꝑcipitãs, pene crura fregit. Accessit Dñs, & vocato Medico, vt opem ferret Asello orabat. At Medicus inqt, pulmone Capellæ opus est, quẽ maceratũ, & aq̃ dillutũ Asello des, deide cõualescet. Occisa post hac Capella, & pulmone euulso, medicaméta ex ꝑscripto Medici Asello ꝑbent̃. Qui aduersus alteꝝ dolos astruit, suoꝝ ipsius maloꝝ auctor fit.

De Pastore, & Capella. XVIII.

Reuocabat ad stabula Capellas Pastor caprarius, vna eaꝝ relicta, pene est suauitate pabuli retenta. Iecit Pastor lapidem, vt eam inde aduocaret, adeptus est, & cornu fregit, deide ĩpense Capellã rogabat, vt nihil diceret Dño. At Capella. Et si ego ĩquit tacuero, res ipsa palam est, & cornu fracto facinus indicat. Qui sibi sunt maloꝝ suoꝝ causa, culpam temere, & stulte sortito ascribere volunt.

De Quercubus, & Ioue. XIX.

Incusabant acriter Iouem Quercus, cur nos ꝑduxisti? cur ĩter reliquas arbores satas, eductasq; voluisti? an vt quotidie cædamur? Respondit Iuppiter, uos ipsæ estis in causa, quamobrem cædamini, nisi enim surculos: atq; ramos produceretis, nũquã securis vobis admoueretur. Fabula innuit, q̃ nemo debeat fortuna, & fortitudine nimium gloriari, quom plerũq; etiam infelicitas saluos faciat.

De Hero, & Ancilla. XX.

Amore turpis, & male moratæ Ancillæ captus est Herus. Illa petito auro, splendide semetipsam ornabat. Et Heræ pugnas texebat, Veneri deniq; rem sacrá crebro faciebat, gratiasq; agebat q̃si quæ se formosam, & pulchrá faceret. Visa ẽ per quietem Ancillæ Venus dicere. Noli gratiam mihi habere, perinde ac honestam te faciá. Quádo equi/dem illi cui tu pulchra videris vehemẽter irascor, atq; suc censeo. Non decet efferri nimis eos: qui turpiter dictant̃, maxime vero maiori sunt turpitudini obnoxii, qui sunt natura deformes atq; degeneres.

De Gallis. XXI

Duo Galli Gallinacei acriter de Gallinis ĩter se pugnabát, quippe quos aiunt æque hominibus irasci. horũ alterũ vi ctus in angulo quodá delituit, alter victoria elatus, sono/rum cecinit, atq; ad tectũ salto volauit. Vnde Aquila con tinuo ipsum rapuit. Ille alter, qui sese abdidit citra pericu lum incolumis, cũ reliquis auibus versabatur. Affabula/tio. Facile saluus cõparat̃ ex nimia calamitate, cõtra, q in/gẽti felicitate p̃ditus ẽ, raro fit, vt ĩmunis p̃iculoꝝ euadat.

De Lupo & Agno. XXII

Lupus quũ Agnũ inuenisset erranté, eũ p̃cepit. Tũ Agnus causam q̃siuit, quo iure uel iniuria eũ comederet. Cui Lu pus statim excepit. Tu mihi abũde iádiu ĩtulisti iniurias. Agnus gemẽdo ait, quo mõ id fieri potuit, quũ nuprime venerim ad lucẽ? Lupus denuo ait, agrũ mihi pascendo deuastasti. Agnus inq̃t ei, quũ dentibus ẽt careá id facere nequi. Lupus rursũ ait, ex meo quoq; fõte bibisti. Agnus quo inq̃t pacto id fieri potuit, quũ aquá ex ætate nondũ biberim? sed lac matris cibus, & potus adhuc mihi sit? Lu

pus demum ira concitus ait,licet tua soluere nequeam ar-
gumenta,cœnare tamen opipare intendo,agnumq; corri
puit,ac illum mãducauit. Fabula innuit,q apud impro
bos ratio & veritas locum non habent.

De Homine,& Vulpe. XXIII.

Exercebat inimicitias qdã aduersus Vulpẽ,ꝑpterea q sibi
dãno eẽt,eã aliquãdo adeptus cõphendit,& vt maiorĩ sup
plicio eã vlcisceret stupas oleo ĩbuit,easq; caudæ Vulpis
alligauit,subĩde ignẽ admouit,& ardere cœperũt eã, sors
ĩ segetes eiusmodi vlterius ĩduxit.Erat ãt tps messis. Ille
sequebat plãgẽdo,lamẽtãdoq;,q fructus tantũ nõ in ma
nibus positos perdidisset. Anteq̃ incipias,finem experiri
oportet.Hac ratiõe enim pleriq; se saluos faciunt. Facilẽ
oportet esse,nec nimis irasci : ex nimia enĩ ira,magna de-
trimenta sæpenumero accidunt morosis,& iracundis.

De duobus contendentibus. XXIIII.

Contendebant inter se duo, vter maior esset Theseus, an
Hercules.Dii propterea irati, vterq; vtriusq; agros vlci-
scendo vastauit. Subditorum contentio,heros prouo-
cat,vt aduersus se iracundi sint.

De Sagittario,& Leone,& Vulpe. XXV.

Ascẽdit quidã ĩ mõtẽ sagittãdi peritus,feras figẽdi studio.
Reliq̃ feræ nusq̃ sunt.Leo dũtaxat apparuit,atq; eũ ꝓuo
cauit ad pugnã.Ille emisso telo,Leoni vulnus ĩfixit,adie
citq;.Vide quẽ tibi ꝑmitto nũtiũ:dein q̃lis ipe ad te acce-
dã cõsidera.Leo ictus,fugerẽ cœpit. Vulpes hortabat eũ
ne fugeret.Respõdit Leo nequaq̃ me decipies.Qñ enĩ tã
tope est amarus nũtius,qd faciã si ipse aduersus me vene-
rit? Fabula ĩnuit,Non quid ꝑsuasores sentiant, ac iubent,

sed quid pro viribus ipsi possimus considerare oportere.

De Equo, & Asino. XXVI.

Homo quidã Asinum, Equũq; habebat: dum ambo iter facerẽt. Dixit Asellus Equo. Si me saluum, & reducem uis, tolle aliqd oneris, alioqui morior. At ille abnuit. Subinde Asinus defatigatus, mortuus cecidit. Herus sublato vniuerso onere, Equo imposuit. Insuper & ipsum Aselli coriũ. Ingemuit Equus, dicens: væ mihi, parum sarcinæ tollerare nolui, nunc vero necessitate coactus vniuersam substineo. Fabula ĩnuit. Si magni cum paruis, quæ sunt ĩ vita cõicant, & vna labores substinent, vtriq; salui fiunt.

De Vrso, & Vulpe. XXVII.

Vrsus magnopere gloriabatur, se hoĩum esse studiosum: quando quidem humanũ cadauer non attigit, nec carnibus eiusmodi vescitur. Ad quem inquit Vulpes, satius esset mortuos trahere, q̃ viuos lacerare. Fabula innuit, simulatos, & inãis gloriæ cupidos, rei veritas facile arguit.

De Agricola, & Ciconia. XXVIII.

Agricola quidam in agro tetendit retia Grues capturus, q̃ sementem corrũperent, comprehensæ sunt pleræq;. Inter quas capta est forte Ciconia, quæ enixe orabat, vt dimitteretur, negabat se Gruem, Ciconia sum ĩquit pietate p̃ditum animal, & quidẽ parentes colo, & eis inseruio. En vide colorẽ, nõ par est, nõ similis Gruibus. Respõdit Agricola. Quis nã scis nescio, te captã cũ inimicis certo scio, cũ quibus vna te perdere mihi cõsiliũ est. Fabula ĩnuit, nõ esse coeundum cũ improbis, pulchrũ eos fugere, ne qñ insons in eadẽ discrimina cum sontibus incidas.

De viro Misticapillo, & duabus Amicis. XXIX

Adulescēs quidam duabus vtebatur mulieribus, quarum altera anus erat, altera iunior: huius capillos nigros anus vellicabat. quippe quæ senē eum videri volebat. Illa q̄ natu erat iunior, contra, canos vellicabat: donec vtraq; vellicatiōe factus est caluus, & res ei probro euenit. Fabula innuit miserum eē eum, qui mulieri se committit. Mulier enim mari assimilatur, quod quandoq; tranqllū est, & arridere videtur, quādoq; tumescit & inuadentes suffocat.

De Vulpe, & Leone. XXX

Vulpes, quæ nōdum conspexit Leonē, vt casu in eum incidisset, ita primū exterrita est, vt pene vita excideret, cū iterum eum vidisset, territa ē illa quidē, sed nō vt prius. Tertio cum conspexisset, ita contempsit, vt accedens, eum allocuta sit. Fabula innuit, vsum atq; consuetudinem res formidolosas faciles tractu solere reddere.

De Mustela rustica, & Gallo. XXXI

Mustela rustica cum cepisset Gallum Gallinaceum, eū comedere uoluit, non sine aliqua ratione honesti, cœpit itaq; accusare eum, molestus es inquiens hominibus, noctu uociferando, eosq; suaui somno priuando. Respondebat ille vsui hoc esse hominibus, vt qui cantu huiusmodi excitati ad cōsueta accederint opera. Rursus Mustela alterum infert crimen. Impius inquit es atq; scelerosus, qui cum matre, cumq; sororibus coire haud vereris. Etiam hoc inquit ille lucro dominis accedit, quando ea ratione pleraq; oua eis quotidie pariuntur. Deniq; Mustela dixit, & si maxime tui defendendi copia abundas, minime tamen ego incibatus manebo. Subinde illum comedit. Fabula innuit, hominem natura improbū & causas

malefaciendi

ſas malefaciendi quærentem, ſi nulla honeſti ſpecie id facere poteſt, aperte tamen improbitate, & ſcelere vtitur.

De Vulpe & Rubo. XXXII.

Vulpes dum ſepem ſcandere niteretur, vt aiaduertit per lubricũ vadere, & iam iam caſuram eſſe, apprehendit Rubũ, ſed nihil ꝓſicit, quãdo ſtimulis aculeis compuncta ſanguinolenta vehementer dolere cœpit. Conuerſa vero ad Rubum, me miſeram inquit, ad te cõfugi auxilium petens, deterius tu me affeciſti. Sed heus tu, inquit, Rubus erraſti quæ me apprehendere conata es, cũ ipſa cõſueuerim alios apprehendere. Fabula innuit, ſtultitiam argui hominum, cum ſui inuadendi gratia, ad eos confugiunt, quibus innatum eſt male alios afficere.

De Vulpe, & Crocodilo. XXXIII.

Cum de nobilitate Vulpes, & Crocodilus cõtenderẽt, Crocodilus multa ſuperbe de ſplẽdore maioꝝ diſſeruit, & pꝛ ſertim ꝙ ludis, & certaminibus gymnicis ꝑfuerat. Excipiens Vulpes ſodes inquit, etiam ſi tu id non dicas pellis tamen iſta tua perſpicue id teſtatur te iam ĩde a ſuperioribus annis exercitatum. Fabula innuit, mendaces facile a rebus ipſis refelli.

De Gallis, & Perdice. XXXIIII.

Tenebat domi quidã Gallos Gallinaceos, emit quoq; Perdicẽ, & vt vna paſcerent ĩmiſcuit, ꝑcutiebant identidem illam Galli, atq; abſe abigebant. Moleſtiſſime illa ferebat, hoc putans ꝓpterea id ſibi accidere, ꝙ nõ eiuſdẽ gẽtis, eiuſdẽq; generis cum Gallis eſſet. Vt paulo poſt Gallos vidit inter ſe pugnãtes, acriterq; percutiẽtes, ſollicitudine, & dolore ſoluta, At eqdem inquit, non iam amplius mihi rem

hanc moleste putabo, quãdo video hos ĩter se tam acriter digladiari. Fabula innuit, prudentes facile aliorum ferre ĩiurias, quando vident illos ne a domesticis quidem abstinentes.

De Vulpe, & Capite reperto. XXXV.

Ingressa est Vulpes domum Histrionis, & dum singula vasa contractat atq; disquirit, Caput reperit laruæ, apte, & affabre factum, quod cum in manibus accepisset, o inquit q̃le Caput, & cerebro caret. Fabula accõmodat ad eos, qui conspectu, & corpe magnifici sunt, aĩo atq; ingenio stolidi.

De Carbonario, & Fullone. XXXVI.

Habitabat quandam domum Carbonarius, rogauit quoq; Fullonem, vt vna habitare secum vellet. At Fullo inquit, id equidem facere nequeo. timeo enim, ne quæ ipse dealbarem tu carbonaria aspergine fuscares. Fabula innuit, oẽ dissimile natura esse insociabile.

De Piscatoribus. XXXVII.

Piscatores trahebãt sagenam grauem, & difficilem tractu, rati multitudinem piscium captam gaudebãt, exultabant q;. Verum vt ad littus extractum est rete piscium quidem cõspexerunt parum, saxum immane inuenerunt. cœperunt illico dolere, & aĩo angi, nõ tam ob paucitatem piscium, q̃ q; secus res euenerit q̃ existimarint: inter quos quidam grãdior natu, Nolite inquit amici moleste rem ferre. Videtur enim voluptas esse germana dolori. Quamobrem necesse fuit, nos prius voluptate affectos, deniq; in dolorem ĩciderе. Fabula docet, non esse dolendum accepta repulsa.

De Homine iactabundo. XXXVIII.

Homo qdã peregre ꝓfectus, in terrã reuersus patriã rediit, & iactabũdus, plerasq; plerisq; ĩ locis fortiter fecisse, gloria

bat. Inmo vero etiam Rhodi strenuũ fecisse saltum, qualem nemo ex p̃sentibus potuisset facere, huic rei testes adducebat eos, qui tũc præsentes fuissent. Excepit quidam, dixitq; illi amice, si vera dicis nõ est opus testibus. En Rhodus, en saltus. Fabula innuit, frustra citari testes, quando rei actio in promptu non est.

De Maligno Apollinem tentante. XXXIX.

Improbus quidam homo irreligiosusq; venit Delphos tentaturus Apollinem, accepit in manu passerculum, quẽ sinu vestis tegebat. Stetitq; ad tripodem, cõsuluitq; Deum, o Rex Apollo, quod fero in manibus, vtrum viuit, an spiritu caret? certo volẽs: vt si spiritu careret responsum foret, viuum ostendere passerculum. sin spiritu præditum, confestim suffocatum, p̃ducere mortuum. At Deus calliditatem agnoscens eius, respondit. Vtrum vis o homo facere, facito, penes te est, siue viuum, siue mortuũ velis, quod tenes, ostendere. Fabula docet, diuinitatẽ nunq̃ decipi posse, nihil eam latere.

De Piscatoribus. XL.

Piscatores iuerant piscatum, & cũ diu laborassent, nihil cœperãt quamobrem anxii, mœstiq; redire relicta piscatione volebant. Ecce autem Thũnus in nauiculam insiluit, quẽ grandiusculi pisces insectabantur, hoc capto læti abierũt. Fabula innuit, sæpe q̃ ars non p̃buit ea donasse Fortunã.

De Deceptore. XLI.

Homo quidam ægrotans vouit Diis immortalibus, si euasisset sanus, centum boues sacrificaturus. Dii vero tentandæ mentis eius causa morbo liberarũt. Sanus postea factus: cum votum soluere nequiret, centum boues fictos,

& in aram perlutos igne consumpsit. Dii irati volentes eũ vlcisci, per quieté ei astiterunt, dixerũtq; surge, & abi í quẽdam locum vbi inuenies auri talenta cẽtum. Ille experrectus præ gaudio gestiens in locum, ei per quietem nominatum, curriculo peruenit perquirens aurum. At in Latrones incidit, qui eum comprehenderunt, quos ille rogabat, dicens, dimittite me, & dabo vobis mille talenta auri. Fabula innuit, mendacibus hominibus Deos esse infensos.

De Hero, & Canibus XLII.

Homo quidam præ hieme extra vrbem relictus, inopia cibi primum oues, quas habebat, comedit: deinde capellas. Inualescente autem hieme, aratores etiam boues interemit, atq; comedit. Canes vt hoc explorauerunt, inter se collocuti sunt, profugiendum est nobis hinc: quãdo enim Dominus aratoribus bobus nequaq̃ pepercit, quonammodo nobis pepercerit? Fabula innuit, eos magnopere esse auertendos, qui ne a domesticis quidem abstinent.

De Diuite, Ansere, & Holore. XLIII.

Homo locuples Anserem, Holoremq; vna nutriebat, non tamen eiusdem rei causa. Alteꝝ enim cantus, alterum mensæ gratia, cum vero Anseri cædes immineret, q̃obrem alebatur, & ob noctem, & tenebras facultas dignoscendi non daretur. Holor pro Ansere abactus, cœpit modulationem canere quãdam, velut mortis exordium. Vnde factum est, vt cantu indicaret naturam, mortem euitauerit modulatione. Fabula innuit, musicam sæpe mortem posse differre.

De Aethiope. XLIIII.

Aethiopem emit quidá, ratus hoc illum esse colore prioris incuria domini: quum domum adduxisset, omnia affe

rebat,quibus nigredo abſtergi poſſet. At colorem mutare nequiuit, morbum vero ei induxit. Fabula innuit, quæ innata ſunt permanere quemadmodum initio prodierunt.

De Alcedone. XLV.

Alcedo auis eſt ſolitudinis ſtudioſa, atque amica littoribus. Hæc fertur uenationes hoīum vitabunda obſeruare, atq; propterea in ſcopulis nidificare. Accidit aliquando, vt iuxta ſaxũ, quod littori adiacebat pullos excluſerit, vt vero ad pabulum profecta eſſet, mare tempeſtate ingruente, ac fluctibus tumeſcentibus ſuperauit nidum, atq; pullos inundatione corrumpit. Illa reuerſa, vt rem explorauit, me miſeram inquit, quæ terreſtres vitans inſidias, ad mare cōfugi, qđ mihi ſe longe infidelius exhibuit. Fabula docet, pleroſq; homines, dum inimicos declināt, in difficiliores, moleſtioreſq; amicos, q̄ inimici fuiſſent, incidere.

De Piſcatore. XLVI.

Piſcator quidam in fluuio captabat piſciculos, iactis retibus utrinq; circundedit fluctus, deinde funiculo alligauit lapidem, quo aquā percutiebat, nempe, vt piſciculi territi, in laqueis incauti incurrerent. Quidā ex acolis, vt hoc cōſpexit incuſabat Piſcatorem, vt qui fluuium perturbaret, & lucidam aquam haurire minus permitteret. Cui Piſcator reſpondit. Enimuero niſi hoc pacto fluuius turbaretur, me fame perire erit neceſſe. Fabula innuit, adulatores ī ciuitatibus tum maxime quæſtum facere, cum ciues & populares perturbatos in ſeditiones concitant.

De duabus Ranunculis. XLVII.

Duæ Ranunculæ paſcebantur in lacu æſtiuo tempore, ſiccato autē lacu præ æſtu, relinquētes illum, alterum cōquire

bant. Forte ad puteum peruenerunt, quem vt conspexe//runt, altera dixit alteri, descendamus in puteum. Excepit illa, & si aqua hic quoq; defecerit, qbus artibus ascende//mus? Fabula innuit, non inconsiderate res eẽ aggrediẽdas.

De Bubone. XLVIII.

Dependebat ex fenestella Bubo, accedens Vespertilio quærebat, quid esset in causa, ꝙ interdiu quiesceret, noctu can/taret. non ab re inquit ille, neq; incassum id facio: cum enĩ aliquando interdiu canerem captus fui, pro eo castigatus vt vides nunc taceo. Excepit Vespertilio: non enim nunc tibi est præcauendum, quando nulla est tibi vtilitas, sed priusq̃ comprehensus esses. Fabula innuit, post errata stultum esse pœnitentiam.

De Bobus. XLIX.

Trahebant plaustrum Boues, stridebat Axis, conuersi Bo/ues, heus tu inquiunt, nos totam sarcinam sustinemus, & stridis. Fabula innuit, plures homines lamentari, & ægre ferre aliis laborantibus.

De Bubulco. L.

Errabant aliquando Boues, & inter pascẽdũ, Bubulcus amisit Vitulum, cum quæsiuisset, nec inuenire potuisset. Io//uem precatus est, si furem inueniret, hædum ipsi in sacri//ficium allaturum. Ingressus nemus, cum Leonem conspexisset lacerãtem Vitulum, exterritus, sublatis ad cælum manibus, Iupiter domine inquit modo tibi hædum in sacri/ficium afferre promiseram, si inuenissem furem, nunc tau/rum me sacrificaturum polliceor, si manus furis euasero. Fabula innuit, non inconsiderate, nec temere uota Diis facere oportere instante molestia.

Hibernus Boreas aduersus Solē cœpit cōtēdere, vter prior vestē cuidā Viatori auferret. Boreas prior sperauit posse vestē Viatori auferre, si vehemētius flare cœpisset. At Viator, vt sensit frigus, ambabus manibus vestē cōtinuit, & caput ī quodā foramine petræ īmisit, relictis foris clunibus. Sol subinde primo tpe īmisso, viatorē a frigore recreauit, deinde æstu adducto, coegit eū iā in sudorē resolutū vestē exuere: quo factū ē, vt Boreas victus abiret. Fabula īnuit, cōsuescere eos, q̄ ob imbecillitatē re cupita nō potiunt̄ mēdacio id obtinere velle, & tamen rei veritate redargui.

De Ranunculis Regē ab Ioue petētibus. LII.

Ranūculæ moleste ferebāt se sine Rege degere, miserūt legatos ad Iouē, supplicesq; sibi Regē dare petierūt. At ille, vt earū conspexit leuitatem, lignum in media palude penitus fixit, cōfestim pauefactæ Ranūculæ in fundum sese mersērunt, translacto multo tpe, vt lignū aīaduerterent īmobile, abiecto timore, adeo rē contempserūt, vt scandentes insiderēt, indigne ferētes eiusmodi Regē hēre. miserunt iterū ad Iouē, rogantes alterum det Regē, qui p̄fecit illis Anguillā. Cōspicatæ vero stoliditatē eius admittere noluerūt, q̄n tertio ad Iouē venerūt, petebantq;, vt alium daret. Stomachatus Iupiter, Colubrum eis misit, qui statim singulas comprehendens ad vnam comedebat. Fabula īnuit, satius esse Deo obtēperare, q̄ malos, & turbatos hēre Principes.

De Pastoribus, & Muliere, & Filio. LIII.

Immolabāt ī agro Pastores Caprā, aderat forte Mulier paupercula, & vna Filius: inter epulādū cœpit Puer lamētari, q̄ppe cuius stomachus refertus carnib⁹, & ītestinis ītumue

rat,o Mater inqens disrũpor dolore, atq; laboro ex intesti nis. Respondit Mater non ex tuis filiole, sed ex alienis inte stinis, dolor iste prouenit, q̃ tu paulo auidius hausisti. Fa/ bula innuit, hominem obæratum facile accipere & con// flare æs alienũ, reposcente creditore, quasi is sua non alie/ na redditurus dolet.

De Sene, & Morte. LIIII.

Senex quidam cum ligna cæcidisset in monte, & humeris su stulisset, inter eundum grauatus sarcinulam, fessus ligna qdē deposuit, Mortem vero inclamare cœpit. astitit illico Mors, rogabatq;, quāobrē accersita eēt. Nō inqt mi Mors, vt me perimas, sed vt sarcinā sustollas, & mihi rursus īpo/ nas te accersi. Fabula innuit, natura homines vitæ esse stu/ diosos, & si mille pericula ingruant, viuere tamen volunt.

De Anu, & Medico. LV.

Anus quædā dolebat ex oculis, vocauit Medicũ, pactaq; est mercedē haud inuita solutura si cōualuisset, si minus nihil datura. Cœpit Medicus medicamēta afferre, & quotidie frequens domum Aniculæ veniebat, liniebatq; oculos ita, vt nihil videre posset. Interea consueuit aliqd ex vasculis surripere, cōualuit Anicula: & cum animaduertisset nihil esse domi relictum, omnia interrepta, cogereturq; a Medi co, ut pactam mercedem solueret, quippe quæ clare vide// ret, adductis ad hoc quoq; testibus. Respondit nequaq̃ video, nihil est enim domi relictum quod videam, dum dolebam oculos, multa domi meæ videbam. Nunc vt tu ais valentibus oculis nihil est quod videam. Fabula innu/ it, improbos homines ex iis quæ callide agunt, plerunq; improbitatem suam solere arguere.

De Vidua, & Gallina. LVI.

Vidua quædam Gallinam domi saginabat, quæ singula oua quotidie pareret. Rata si paulo lautius escam Gallinæ præberet, bina oua singulis diebus esset paritura, pinguefecit eam. Gallina autem pinguefacta, ne singula quidem oua, vt consueuerat, parere poterat. Fabula innuit, Auaro cupiditate nimia etiam quæ possidet sæpe amittere.

De Matre, & Filiabus. LVII.

Mulier quædam duas habebat filias, maturas uiro, Alteram Hortulano, Alteram Figulo locauit. Venit aliquando Mater visuram filiam, quā Hortulano locauerat, & inter confabulandum, rogabat, quemadmodum res domi haberet. Cætera inquit illa perpulchre, vnum illud a Diis supplicandum est, scilicet, vt pluuia Hortus irriget, atq; inde ꝓuentus fiat. Profecta exinde Mater ad visendum alteram Filiam, quæ Figulo data erat, iisdem cum illa vsa esset verbis. Respondit Filia. Cætera Mater nobis ex voto procedunt. Reliquum est, vt sudum Sidus, & sicum Cælum ꝑcibus, votisq; a Ioue impetremus: nempe, vt Solis radii calidiores descendant, & figulina vasa decoqueant. Respondit Mater neutrum faciam. Nam si pro te supplicauero, damno sororis id fecero.

De Puero, & Cochleis. LVIII.

Agricolæ Filius assabat Cochleas, & cū audisset eorum stridorem: ite in malam rem inquit pessimæ bestiæ, domus vestræ conburunt, & vos canitis. Fabula innuit, quod intempestiue fit, iure probro datur.

De Lignatore, & Mercurio. LIX.

Lignator quidam apud fluuium propriā perdidit securim,

inops igitur consilii prope ripam sedendo lugebat. Mercurius autem causam luctus intelligens, & miseratus hominem, descedens in fluuium auream reportauit securim, & an hæc esset, quam amiserat, rogauit. Illo non eam esse dicente, rursus vrinatus argenteam sustulit. Illo autem neq; hanc esse propriam dicente. Tertio vrinatus, propriam attulit. Illo autem hanc vere esse perditam dicente. Mercurius cognita ipsius æquitate, omnes ei dono dedit. Ille recedens sociis quæcunq; acciderant enarrauit, quorum vnus eadem perficere statuit, & ad fluuium accessit, & propriam securim deiecit in profluentem, lugensq; sedebat: apparuit igitur Mercurius & illi, & causa luctus præcognita, vrinatus similiter auream securim extulit, & rogauit an hanc perdidisset. Ille autem eam esse lætabundus asserebat. Perosus Deus tantam impudentiam, nō solum eā retinuit, sed ne propriam quidem reddidit. Fabula innuit, quantum iustis numen opitulatur, tantum iniustis esse contrarium.

De Muliere, & Marito temulento. LX.

Mulier quædā, cuius Maritus erat temulentus, cupiens hoc morbo Maritum laborare, tale quidpiam machinat̄, vt vidit Maritum præ ebrietate sopitum, & ferme in morem mortui, sensu carentem, humeris sustulit, atq; ad libitinam detulit: vbi cum eum deposuisset, ipsa abiit, tantisper morata, dum cōiicere potuit illum iam sobrium, experrectū esse. Accessit, pulsauit hostium, rogante Marito, quisnam fores pulset? Respondit illa, ego adsum, qui mortuis consueui ferre cibaria. Non mihi esculenta inquit ille, sed poculenta magis affer. Molestum enim mihi est de eduliis

audire verba fieri, cum potionis nulla mentio fiat. Planxit illa pectus. Me miseram inquiens, ne hoc machinata quidem rei meæ ꝓfui. Quãdoquidem tu Marite non modo non castigatus es, verum quoq; deterior factus. Conuerso in naturam morbo præ consuetudine. Fabula innuit, non oportere diutius improbitati immorari. Fit enim vt etiam nolentem hominem corruptus mos occupet.

De Vidua, & Ancillis. LXI.

Mulier q̃dam vidua industria, & rei familiaris studiosa, Ancillas, quas hẽbat, consueuit de nocte ad pẽsa, & opus excitare, edocta scilicet cãtu galloꝝ. defatigatæ Ancillulæ constituerũt ob rẽ suã fore, si gallũ domesticũ interficiãt. Quasi illo authore, Hera noctu excitet̃. Id cõsilii quom ꝑfecissent, cõtigit, vt in grãdiorẽ difficultatẽ inciderent. Hera. n. ĩcerta tẽporis intempesta nocte ipsas excitabat. Fabula innuit, plerisq; hoĩbus callida consilia, maloꝝ causam fieri.

De Venefica Muliere. LXII.

Venefica Mulier, & quæ ꝓcurationes, expiationesq; scelerũ alios edoceret, ac inde quæstum ingentem faceret, accusata impietatis, damnata est capitis. Cum autem duceret̃ ad supplicium, conspicatus Quidam ipsam dixit. Tu quæ iras Deorum prouocari, reconciliariq; posse te scire profitebare, qua ratione nunc hominum cõsilia, vt tibi adessent nesciisti allicere? Fabula innuit, plerosq; magna polliceri, qui ne parua quidem efficere possunt.

De Mustela. LXIII.

Mustela ingressa officinam Fabri ærarii lingebat appositã limam, cum vero sensim raderet̃ lingua, ꝓflueretq; sanguis, delectabatur Mustela, putãs id voluptatis, & vsu sibi eue-

nire ex ferro, donec corrosa lingua oīno perdita est. Fabula innuit, plerosq; cōtentione aliis nocēdi, se ipsos lædere.

De Agricola, & Fortuna. LXIIII.

Agricola qdam dum agrū foderet, incidit in aurū, quáobrē terram quotidie sertis ornabat, vtpote de se benemeritam. Interuenit Fortuna, dixitq;. Heus tu q̄re mea munera terræ assignas, q̄ ego tibi obtuli, volens te locupletem? Veꝝ si mutato tpe qcqd est istud aurū alioꝝ manus puenerit, tū certo scio, me Fortunam incusabis. Fabula innuit, Benefactorem agnoscere oportere, & illi referre gratiam.

De Fele in Fœminam mutata. LXV.

Felis amore formosi Adulescentuli capta, deprecata est Venerem, vt se in mulierem transformet. Miserta Dea mutauit Felem in speciosam adulescentulam. Delectatus eius forma Adulescēs, illam duxit vxorem, & domi accepit: dū celebrantur nuptiæ, & Felis ritu hoīum, vt sponsa ornata ī cubiculo sederet, experiri voluit Venus, si mutata forma, mutati etiam essent mores: Murem in conspectu dedit. At statim Felis oblita præsentium, de cubili surgēs Murem insectabatur. Tum indigne ferens rem Venus, rursus in priorem naturam restituit. Fabula docet, improbam naturam hominum imutatione rerum, & temporum nequaquam mutari.

De Agricola, & Filiis. LXVI.

Filii Agricolæ per insidias contendebant. Pater oratione, & monitis eos reconciliare non poterat. Iussit deīde fasciculum virgarum sibi afferrent, cum attulissent, iussit vt quisq; fasciculum acciperet, atque confringeret. Singuli conati, nihil profecerunt, posthac solui fasciculum iussit,

& singulas virgas seorsum frangi, quod facile factum fuit. Subiunxit subinde, ita mei filioli, si fueritis voluntate, & animo iuncti, Inimicis non eritis facile captu. Si per contentionem dissideritis, facile & capi, & lædi poteritis. Fabula innuit, tanto validiorem esse concordiam, quanto ad iniuriam opportunior est discordia.

De Felibus, & Muribus. LXVII.

Feles, & Mures implacabile inter se gerebant bellũ. At vincebant semper Feles. Inierunt proinde Mures consilium. Et rati propterea se vinci, quod imperatores non haberẽt. Grandiusculos Mures decreuerunt sibi duces, quorũ imperio armati, stipulis pro hastis vtebantur, cum autem cõflexissent rursus ĩprospere præliati, deuincti sunt. Interea minores, qui erant inermes diffugientes, atq; per latebras ingredientes, salui facti sunt. Qui erãt armati, qđ latebras ingredi nõ poterant, interierunt. Vnde innuitur, plerosq; quorum sensus est leuior, solere oblectare rebus futilibus.

De Ranis, & Sole. LXVIII.

Celebrabantur æstiuo tẽpore Solis nuptiæ: qua de re cuncta animalia gaudebant, exultabant quoq; Ranæ, inter quas vna dixit. Quid est o stultæ? Quare lætamini? si solus Sol omnem vliginem, & humorem terræ exugat: vbi vxorem duxerit, & sibi similem susceperit filium, quid mali nos habituras putatis? Fabula innuit. Neminem oportere nimis extolli, si quid ad præsens accidat, quo gloriari possit, finis est spectandus.

De Agricola, & Aquila. LXIX.

Agricola Aquilã reperit captam, cuius admiratus pulchritudinem liberam ire permisit. Aquila vero in pñtia nõ vi-

la est, gratiam referre. Immo vero, cum hominem vidisset sedentem iuxta parietem ruinosum, de capite eius arri-puit pileum. Ille exurgens, Aquilam persequebatur. A q-la subinde pileum iecit, quo reasumpto homo ad parietẽ rediit apud quem sedebat, quem interea temporis ruisse comperit. Agnita vero ratione relatæ gratiæ summopere admiratus est. Referenda est gratia ei, a quo benemeritus sis. Bene enim facienti bene debetur.

De morso a Cane. LXX.

Admorsus quidam a Cane ibat quærendo, qui mederetur, datus est ei obuiam quidam, qui cum animaduertisset q̃d quæreret, sodes inquit, Si saluum te vis, sume panem, & tin ge illo cruore, qui de vulnere effluxit: panem deinde sic cruentatum, Cani, qui momordisset comedendum præ-be. Tunc ille ridens. Enimuero inquit, si id fecero omnes oppidani Canes excitaro, vt me admordeant. Fabula innu it, improbos homines etiam beneficiis affectos ad iniuri-am inferendam magis irritari.

De Adulescentibus, & Coco. LXXI.

Duo Adulescentuli assidebant ad Cocum, dum vero Co-cus satagit, & ĩmuniis suis paulo accuratius occupatur, alter Adulescentulus partem carnium surripuit, & in alte rius deposuit sinu. Conuersus Cocus surreptam carnem quærebat. Qui surripuerat iureiurando affirmabat nõ ha bere, qui habebat, affirmabat non surripuisse. At Cocus cum itellexisset calliditatem, & dolum. Et si me inquit la-tueritis, Deos tamen, quos peieratis: nequaquã latebitis. Fabula innuit, peierantes, & si homines lateant, Deum ta-men latere non posse.

De duobus Inimicis simul nauigantibus. LXXII.

Duo quidam, qui inter se inimicitiam exercebant, eadem vecti naui nauigabant: horum Alter in puppi, Alter in prora sedebat, inhorruit tempestas, & nauis iam dari pessum periclitabatur. Tum qui in puppi sedebat Rogauit Gubernatorem, vtra pars nauis prius esset obruenda; prora inquit Gubernator, tum ille excepit. Mihi quidem non erit molesta mors, si ante me inimicum videro pereuntem. Fabula innuit, plerosque homines nullam sui damni rationem habere, modo videant inimicos male haberi.

De Viatoribus. LXXIII.

Duo simul iter faciebant, horum Alter securim inuenit, Alter qui non inuenit admonebat, ne diceret reperi, sed reperimus. Paulo post accessit ille, qui securim amiserat, & insectabatur repertorem. Ille conuersus ad comitem dixit, periimus. At ille excepit. Perii dic, non periimus, quippe qui quum securim inuenisses, inueni maluisti dicere, q̃ inuenimus. Fabula docet, eos qui rei prosperæ non fuerunt participes, in rebus aduersis non futuros constantes Amicos.

De Ranis. LXXIIII.

Duæ Ranæ vicina incolebant loca: sed altera in lacu profundo, & procul a via. Altera iuxta viam, & parum aquæ habens. Hortabatur hanc altera, vt ad se demigraret. Nempe vt tutius vitam degeret, noluit illa, aiens, non facile se posse assuetam sibi habitationem deserere, persistitq; recusando, dum curru transeunte oppressa periit. Fabula innuit, homines assuetos ĩprobis, & corruptis mo

ribus, prius plerunq; perire, q̃ meliora sibi deligant.

De Arundne, & Olea. LXXV.

Arundo, & Olea de constantia, & robore cõtendebant. Exprobrabat Olea Arundini imbecillitatem, facilitatemq; quaqua versum declinandi ad flatũ ventorum. Tacebat Arundo, dum vehementi exorto vento, Arundo ipsa labefieri, quatiq; paulisper cœpit, demum ob consuetudinẽ facile cõstitit. Olea vero cõmota, cum reniti ad ventũ contenderet, radicitus cõuulsa interiit. Fabula innuit facilius salutẽ sibi cõparare eos, q tempori, & potioribus non resistunt, q̃ illos qui aduersus maiores conantur contendere.

De Iuuenca, & Boue. LXXVI.

Iuuẽca quum vidisset aratorem Bouem labori adiectũ. Væ tibi inquit, qui istiusmodi laborem sustines. Accessit subinde festum, & Bouis Dominus, illum quidem solutum dimisit. Iuuencam uero retinuit iugulandã. Quum hoc Bos conpsexisset, ad Iuuencam conuersus, surrisit, Inquiens. Nimirum propterea tunc cessabas, quia nunc eras moritura. Fabula innuit. Ignauo, & otianti sæpe periculum imminere.

De Camelo. LXXVII.

Transibat Camelus fluuium velociter currentem, quom vero inter transeundum, stercus per secessum egesisset, statimq; stercus ipsum præ oculis in uerticibus volui conspexisset. Quid est istud inquit? posteriora mea nunc ante me versari conspicio. Fabula innuit, quæ male acta post habemus ad aliquod tempus ea ipsa præ oculis in opprobrium præponuntur.

De Hercule. LXXVIII.

Periter

Per iter angustum transisse Hercules traditur,& conspexisse simile quiddam malo,ac illud conatus conterrere.At illud duplo maius factum est, demum quanto vehementior illud aggrediebat',& claua percutiebat,tanto amplius inflari,& in magnitudinem perduci videbat':vt transitum omnino obstrueret.Tum ille abiecta claua, stetit admirabundus.Apparuit de repente Minerua. Noli mirari inqens Frater: malum, quod vides,Contentio,& Discordia est, quam si quis relinquat,nec pugnare velit,aut minuit', aut talis,qualis initio orta est,manet.Sin repugnare pgat, magis turgescit. Fabula innuit,omnibus palam esse,contentionem,& discordiam causam esse ingentis damni.

De Homine,& Cane. LXXIX.

Conuiuium Quidam,& cœnã opipare apparauit,eius Canis alter Canem sibi amicum ĩuitauit ad cœnam.Accessit ille.At Cocus per crura eũ corripuit,atq; foras eiecit: reliqui Canes ei obuiã facti rogabant,quẽadmodũ cœnasset. Ita dixit ille, vt ne viã quidẽ,qua exierim scire possim.Fabula innuit,sæpe eos:qui indigne gloriabundi aliquo ingrediuntur,turpiter inde ignominiaq; aspersi abire.

De Pino. LXXX.

Cæsores qdam lignarii Pinum findebãt, & vt facilius finderent:ex ea ipa Cuneos fecerũt,tum Pinus dixit, non adeo mihi molestã existimo securim, q̃ cædor: quãtũ Cuneos, qui de me ipsa pdierũt.Non adeo est molestũ aliqd detrimẽti accipe ab ignotis,& alienis,q̃ a familiaribus, & notis.

De Quercu,& Arundinibus. LXXXI.

Quercus viuenti radicitus conuulsa, atq; in pfluentẽ iacta, dũ flumine veheret', Arundines adiacẽtes rogabat.Quare

illæ tenues,& imbecilles vi ventoꝝ nō cōuellerentur. Re/ſponderunt illæ. Nos omni vēto flanti obſecundamus,& cedimus. Quo fit,vt nuſq̄ lædamur. Vos contra repugnatis,atq; reſiſtitis,quamobrem radicitus conuellimini. Fabula innuit,non oportere reſiſtere potentibus, & dominis rerum,ſed cedere,& parere.

De Simia. LXXXII.

Duos ꝓgenuit filios Simia,quoꝝ alteꝝ adamabat,alterum odio habebat. Ille cui maxime indulgebat,cū ſemp in ſinu matris teneret̄,atq; mō huc, mō illuc veheret̄, dūq; ſtringitur,& oſculis ſæpe petit̄,ſuffocat̄. Alter odio matris profugus, cum in ſolitudinem, atq; ſiluas ſe recipit, viuit, & incolumis eſt. Fabula innuit,pleroſq; eſſe hoīes, quos inimicos habere magis ꝓdeſt,q̄ amicos. Vñ natum eſt ꝓuerbium. perniocioſa amicitia,inimicitiam eſſe præoptandam.

De Delphinis,& Balænis. LXXXIII.

Delphines,& Balænæ inter ſe pugnabāt,quō vero certamē hoc,per contentionē in horas magis inualeſceret. Gobius emerſit: eſt aūt paruus piſciculus, q cœpit tentare, vt rixā diſſolueret. Tū Delphinus qdam forte fortuna accedens, Gobio dixit. Nobis qdem toleratu facilius eſt,īter nos pugnantibus īterire,q̄ interuentu tuo, & opera,reconciliari. Fabula innuit, nonnullos q̄uis indignos eſſe, qui ſi turbulenta tempora nacti ſunt, aliquid ſe poſſe videri volunt.

De Demade Oratore. LXXXIIII.

Demades Orator cōcionabat̄ Athenis,quom vero Populus min⁹ attēderet. Fabulā quādā ſe dictuꝝ ait. Adhibuerunt illi actutū aures. Ille ſubdidit: Ceres,Hirūdo, & Anguilla,iter faciebānt,quū vero ad fluuiū quēdam appropī

quaſſent. Hirundo euolauit, Anguilla ſe in aquis immerſit, his dictis, Demades conticuit. Inſtabant illi rogantes, qd Cereri accidit. Stomachata eſt iquit, propterea ꝙ ad audiendas fabulas vacatis, res neceſſarias ciuitatis negligitis. Fabula innuit, pleroſq; ignauos, & ſtultos homines, quæ voluptati ſunt, q̄ quæ vſui, pernicioſa malle.

De Diogene Cynico. LXXXV.

Diogenes Cynicus iter faciebat, peruenit tandē ad ripas cuiuſdam fluuii, aq̄ nimia redūdantis, cū nando tranſire neq̄ret, ſubſtitit anxius. Aíaduertit eū Quidam ex iis, q ſoliti eſſent fluuiū vado tranſire. Accedit, tollit eū ſatis comiter, atq; deuehit. Ille inopiam & paupertatē ſuā expoſtulabat. Nempe ob quam gratiam referre bene de ſe merito nequiret. Interea vidit ille Alteꝝ ad vlteriorē ripam ſtantē, & trāſire volentē qdē, ſed minime audētē. Accurrit atq; ipm deportat. Tūc Diogenes iam eqdē, iquit, ꝑ re acta nullam tibi hēo gratiam. Video enī te hoc non iudicio, ſed morbo quodam facere. Fabula innuit, eos, qui promiſcue, & ſine diſcrimine de probis æque, & iprobis bene merent̄, nulla exiſtimari laude dignos, ſed ꝑ ſtultis, & incōſideratis hēri.

De duobus Amicis, & Vrſo. LXXXVI.

Duo amici inſtitutū iter vna faciebant, datus eſt illis obuiā Vrſus, eoꝝ Alter arborem conſcendit, atq; inter ramos, & frōdes delituit, Alter de repēte oppreſſus humi ſeſe proſtrauit, & mortuum fingebat. Acceſſit Vrſus. Admouit roſtrū, olfaciebatq;. Ille ſpūm cōtinebat. Quare abſtinuit Vrſus. Aiunt.n. eiuſmodi belluā morticinis carnibꝰ nō veſci. poſteaq̄ Vrſus abiit, Homo ſurrexit. Ille qui in arbore erat deſcēdit, Rogabatq;, qd illi i aure Vrſus dixiſſet? admouit

Respondit ille, ne vnq̃ tali socio in itinere faciũdo uteretur, qui in rebus aduersis non permaneret. Fabula hac docet, sinceritatem amicitiæ in aduersitatibus maxime probari.

De Fele, & Muribus. LXXXVII.

In quadã domo plurimi erant Mures, cognouit hoc Felis, atq; illuc demigrauit, & singulos deinceps capiendo comedebat. Reliqui Mures, vt viderunt se in dies pauciores fieri, Consilium ineunt, vt relictis imis partibus domus, in superioribus habitarent, rati Felem illuc ascendere minime posse, & hoc pacto se saluos futuros. Vt Felis hoc intellexit, statuit commento aliquo eos fallere. Iamq; ascendens quoddam lignum, muro ĩfixum, sese suspensum diu continuit, simulauitq; mortuum. Cum vero Mus quidã de alto ꝓspexisset, heus tu inquit, non etiam si sacculus fias, ad te accedam. Fabula innuit, prudẽtes homines nulla versutia, simulationeq; eorum decepi, quorum improbitatem, & fallaciam sint experti.

De Cerua, & Leone. LXXXVIII.

Cerua venatores fugiens: in Antrũ quoddã est introgressa, offendit ibi Leonẽ, a quo correpta comedebatur. Moriens illa dixit. Væ mihi, quæ homines fugiens, in bestiam omnium immanissimam ĩcidi. Fabula innuit, sæpe homines, dum parua pericula vitare cupiunt, maiora experiuntur.

De Cerua, & Venatoribus. LXXXIX.

Cerua Venatores fugiens, in vinea quadã delituit, præterierunt parũper Venatores, Cerua periculũ euasisse rata, folia vitis, & pampinos rodere cœpit. Strepitu ĩterea edito, admoniti Venatores, e uestigio redierunt, ac iaculis illã cõfoderunt. Moriens illa hæc verba ꝓtulit. Iure morior: nõ

enim oportebat me vites lædere, quæ me obtexerunt. Hac fabula palam fit, Deum iure punire eos, qui bene de se meritis iniuriam faciunt. De Cerua. XC.

Cerua quædam altero capto oculo, i littore pascebat, tenens sanum oculum terram versus, propter venatores, alterum mare versus, vnde nihil mali sibi futuꝝ suspicabat͂: pter//vehebant͂ quidam nauigiolo, & vt Ceruam conspexerũt, telis confoderunt. Lamentabat͂ tunc Cerua, & sortem suã expostulabat. Inquiens, vnde timebam nihil mali accepi, unde nihil mali euenturum putabam; inde ꝑdita, & perdita sum. Fabula innuit, sæpe id euenire mortalibus, vt q̃ videntur noxia, illa ꝓsint: quæ commoda, illa noceant.

De Apium Custode. XCI.

Introiuit Quidam alienũ apiariũ, & dño clam fauos surripuit. Rediit postea ille, & vidẽs apiaria fauo vacua, stabat secũ, reputãs qd istud esset. Redierũt interea Apes, q̃ pastũ ierant, & vt dñm ibi offenderunt. Aggrediunt͂ acriter, pungunt aculeis, & pessime hñt. Tum ille o pessimæ bestiæ, Illũ, q fauos vestros furatus est, immunẽ abire sinistis, Me vero q vestra cura sum sollicitus, aculeis pungitis, & male tractatis. Fabula innuit, nonnullos hoïes ob ignorantiam ab hostibus non cauere, amicos, vt insidiatores propellere.

De Vulpe, & Simio. XCII.

In cõuẽtu aïaliũ aliqñ saltauit Simius, & cõmẽdatiõe oïum ꝓbatus, Rex ab oïb⁹ decretus est. Vulpes inuidebat id quod esset honoris illi, cũ vero vidisset carnẽ appositã laq̃o, Simiũ eo perduxit. Ego inqt thesauꝝ nunc prima reperi, eo tñ uti nolui, qñ qdẽ lege eiusmodi res Regi cõcedunt͂. Hortabaturq; eũ, vtpote regẽ, vt thesaurũ tolleret. Ille in/

cõsiderate accessit, & laqueo statí correptus est, cœpit de/
inde expostulare, & in Vulpem vt falsam, & fallacem acri
ter íuehi. Rñdit Vulpes. An tu Simie tali stultitia prædi//
te, cæterorũ animaliũ te regem voluisti? Fabula innuit, sæ//
pe in calamitates ícidere, qui res incõsiderate aggrediunt̃.

De Muscis. XCIII.

In quodam penu effusum est mel, deuolarũt statim Muscæ, & pascebant̃. At pedibꝰ earũ penitus infixis, cũ aduolare co narent̃, neqbát. moribũdæ aũt, miseras nos dicebant, q̃ ob paululũ escæ perimus. Fabula innuit, plerisq; voracitatem multorũ malorũ cám esse.

De Canibus. XCIIII.

Duos quidá hébat Canes, quorũ alterũ rõnem venádi docu it, alterũ domus custodem constituit. Et si qñ venaticus ille Canis aliquid esset venatus, etiam domesticus ille custos, particeps erat epularum. Moleste ferebat rem venaticus il le Canis, & illi domestico ignauiá exprobrabat. Enimue/ ro inquiens præclarũ est istud facinus, si quotidie ipse labo re conficiar, tu vero otiosus rebus mea industria ptis vesca ris. At inquit ille. Noli me, sed Herum accusare: qui ita me docuit, vt non meo labore, sed alieno alerer. Fabula innuit, adulescentes ignauos, non tam esse accusandos, q̃ parentes eorum culpandos, qui ipsos ita educarunt.

De Marito, & Vxore. XCV.

Habebat q̃dam uxorẽ, oíbus domesticis, familiaribusq; ísen sam. Statuit cognoscere, an talis esset erga parentũ suorũ fa/ miliares, proinde honestá nactus cám, ad patrem suũ eá iu bet ire, paucis post diebꝰ cũ rediisset, Rogauit quo ná mõ ibi vixisset. Respondit illa, Bubulcos, caprarios, atq; opi/ liones suspectam se habuisse, Cui dixit ille, o Mulier, si il/

li tibi molesti erant, q̃ de nocte surgunt, & ad armenta pro/ficiscunt̃, sero vero redeunt, quid sperandum est de iis, qui bus cũ tota die versaris? Fabula innuit, sæpe de paruis ma/gna cognosci, & ex notis de obscuris fieri coniecturam.

De Hædo, & Lupo. XCVI.

Hædũ relictũ a grege Lupus insequebat̃, conuersus Hædus ad Lupum dixit. Iam video me tibi ꝓpositũ esui. Verũ ne iniucũde moriar, hác mihi gratiam facito, cane vt ipse sal/tem, dein moriar: canẽte Lupo, & Hædo saltãte, Canes ad/moniti de repente adsunt, & Lupũ fugientẽ acriter insectã tur. Cõuersus ad Hædũ Lupus, merito inq̃t hoc mihi ac/cidit, quẽ oportuit cocũ esse, nõ fistulatorẽ imitari. Fabula innuit, qui ea, q̃bus natura apti sunt, negligunt: quæ vero aliorum sunt, exercere conant̃, in infortunia incidere.

De Mercurio, & Statuario. XCVII.

Mercurius scire volens, quo honore mortales eum afficerẽt, venit in officinam statuarii, hoĩ factus similis, vbi cũ vidis/set signum Iouis. Rogauit, quanti id emi posset, cum ille respondisset sextertio. Surridens iteꝶ rogat. Quanti signũ Iunonis. Maioris dixit ille. Vidit posthac signum sui ip/sius, ratus autem maximã sui rõnem apud mortales habe ri, q̃ & nũtius esset Deoꝶ, & interpres, & q̃stuosus, Roga/uit quoq;, q̃ti ipsum. R̃ndit Statuarius, si duo priora signa emeris, hoc tibi dabo gratuito. Fabula innuit, Virum ina/nis gloriæ cupidũ, nullius esse pretii apud alios.

De Mercurio, & Tiresia. XCVIII.

Mercurius expiri volẽs, an Tiresiæ vaticinatio vera esset, fura tus eius boues, ex agro venit ad ip̃m in vrbẽ, hoĩ similis, & apud Tiresiã stetit. Allato interea nuntio surreptiõis boũ,

deduxit ide Tiresias Mercurium, venitq; foras cōspicatu rus eiusmodi omen sibi de bobus quærenti offeratur. Admonebat q; Mercuriū, vt sibi nūtiaret cuiusmodi eēt auis, q̄ primo se obuiā daret. Vidit Mercurius Aqlam de læua dextrorsum volantē, & id Tiresiæ nuntiauit, nihil ad rem ī quit Tiresias. Iterum spectanti Mercurio, oblata est Cornix in arbore insidens, q̄ modo sursum suspicere, modo deorsum despicere videbat̄. Narrauit vati etiā hoc. Tū Tiresias ꝑfecto inquit, Cornix ista, & cælum, & terram adiurat, me boues receptuꝝ, si tu volueris. Hoc conueniet dicere ad eum, quem suspiceris rei ablatæ esse surreptorem.

De Simia, & Delphino. XCIX.

Mos erat nauigantibus Catellos, & Simias, atq; eiusmodi ridicula aīalia secū ducere, ad solatiū difficultatū, q̄ ꝑcipiuntur de nauigatione. Nauigans q̄dam tenebat in naui Simiam, cū cursū ad Simiū Atticæ ꝓmōtoriū teneret: coorta est vehemens tēpestas, qua naui iuersa, nando qsq; salutē sibi q̄rebat. Nabat ēt Simia, eam Delphinus cōspicatus, & hominē eē ratus, accedēs dorso sustulit, deuehebatq; terrā uersus. Cū Pyræū ꝓpinquasset nauale Atheniensiū, rogabat Simiā an genere esset Atheniēsis. Sum inq̄t illa claris ꝓcreata parētibus. Rogat iteꝝ an Pyræū sciat. Illa putās de hoīe aliquo Delphinū rogare, cognosco inq̄t, & mihi cum illo magna est consuetudo, & amicitia. Stomachatus Delphinus ob id mēdacii, pessū illam dedit, atq; peremit. Fabula ī nuit, illos, qui mēdacio alios decipere volunt, sæpe in calamitatē extremam incidere, & se primos sentire deceptos.

De Puero, & Fortuna. C.

Dormiebat Puer q̄dam in margine putei: astitit actutū For

tuna, inclamitans. Surge Puer, & Abi hinc, ne in puteum proruas, & hoc mihi Fortunæ plerięꝫ homines vitio dent. Fabula innuit, plerosqꝫ sua culpa in difficultates incidere, & tamen Fortunam incusare.

De Ceruo, & Leone. CI.

Ceruus siti laborans, accessit ad fontē quēdā bibendi gratia, inter bibēdū, sui ipsius aīaduertit in aqua umbrā, & de cornibus qdem vehemēter elatus exultabat, pedū gracilitatē, imbecillitatēqꝫ grauabaᷓ, & ægre ferebat: Interea dū hæc cogitat, extitit Leo, & illū persēq cœpit: ille in fugam conuersus longe præibat. Satis est inqens Leoni cor, vt ceruo pedes. Sed q̄diu per planiciē persecutio fit, nō cōprehensibilis videbaᷓ esse, Ceruus, vt ad Salebras, cōfragosoſqꝫ saltus deuētum est, implicatis cornibus qbusdam vepribus, & ramusculis, adeptus Ceruū Leo est, & perimere cœpit expostulantem, dicentemqꝫ, me miserū, qbus stulte efferebar, hæc mihi īteritus potissimum cā fuere. Fabula docet, plerosqꝫ opinione falsos, q̄ sibi vsui esse possunt solere contemnere, contra quæ obesse possint velut vtilia colere.

De Hædo, & Lupo. CII.

Stabat super turrim Hædus, & Lupum prætereuntem īcrepabat. Heus tu inquit Lupus, non tu mihi, sed locus ipse conuitiaᷓ. Fabula innuit, & locum, & tempus, sæpenumero materiam aduersus maiores ferociendi præbere.

De Asino, & Leone. CIII.

In quadam villa Gallus simul, & Asinus pascebanᷓ, Leo esuriens Asinum conspicatus ingrediᷓ, & inuadere cœpit, ob strepitum Gallus experrectus cecinit, eius cātu Leo exterritus, in fugam cōuertiᷓ: aiunt enim Gallorū cantū terrori

esse Leonibus,tum Asinus inani sublatus ferocia,qñ Gal/
li cantu Leonem vidit expauisse,egressus, Leonem perse/
quebatur. At Leo,vt paulo remotiorẽ a villula vidit Asi//
num,conuersus inuasit,atq; peremit. Hic autem moriens,
clamabat,miser ego & stultus:bellatoꝝ enim non existens
parentum, cuius gratia ad bellum cõmotus sum? Fabula
innuit, ꝙ nonnulli mortales modestia inimicoꝝ suorũ ita
abutuntur,vt in eos insolescere ĩcipiant,posthac sua imbe/
cillitate detecta,funditus ipsi corruunt.

De Porcello,& Opilione,& Ouibus. CIIII.

In grege quodã ouiũ Porcellus se immiscuit,atq; vna pasce/
bat̃,aĩaduertit hoc aliqñ Opilio,corripuitq; Porcellũ re//
nitentem,vociferantẽq;. Tũ Oues Porcellum accusant,ꝙ
vociferaret̃,& tactũ Opiliõis tã ægre pateret̃. Nos inqũt
crebro cõprehendit,atq; attrectat nihil vociferãtes. Quid
est nũc in causa?cur tu tam inepte vocifereris? At inqt ille,
non similis est mea comprehensio vestræ: vos enim,aut vt
vellera tõdeat,aut vt lac emungat,aut vt agnos surripiat,
corripit.me vero propter carnes,& vitam ipsam. Fabula
ĩnuit,merito illos lamentari,& queri,quibus discrimen ꝓ/
positum est,nõ de opibus,& pecunia, sed de salute,& vita.

De Aucupe,& Turdo. CV.

In myrto quadam solitus est Turdus crebro insidere, & pa/
sci. Nam ob iucũditatem baccaꝝ non ita facile discedebat.
Aĩaduertit hoc Auceps,& visco cõprehensum incautum
tenuit. Turdus moriturus,me miseꝝ inquit,qui ob dulce/
dinem paruulam cibi,vita infeliciter priuor. Cõgruit hoc
dicere ad libidinosum, & luxu perditum hominem.

De Lupo,& Vulpe. CVI.

Lupum Vulpes incauta incidit, & eũ rogare, obsecrareq;
cœpit, ne interimeret, Vetulã se inqẽs, & annis confectam.
Dimittã iq̃t Lup⁹ te, si tria mihi verba dixeris vera. R ñdit
Vulpes: vtinã tibi nõ venissẽ obuiã, sed posteaq̃ ĩ te ĩcidi,
vtinã cæcum te offendissem. Igit' inq̃t Lupus, nõ amplius
dixeris, ne rursus in me ĩcidas. Frustra culpamus fortunã,
nostra ignauia incauti, in damna, & pestem incidimus.

De Coriario, & Diuite. CVII.

Iuxta domum cuiusdam Diuitis cõduxit domicilium Coriarius. Diues illum insequebatur, vitabundus maleolentiam. parum inquit Coriarius, mephitis molesta tibi erit, cum consuescas, assuetus deinde non id olfatu percipies. Ergo inquit Diues, ob artificium istud tuum sensum nos amittemus? Fabula innuit, volentibus citra periculum viuere, nõ inimicis eẽ fidẽ habẽdã, ĩmo vero amicis crẽdẽdũ.

De Bobus, & Leone. CVIII.

Pascebãt simul tres Boues, obseruabat Leo, an posset eos dissociare, vt aliquem separatim perimeret. Quod non facile aliquandiu consequi poterat, propter eo℞ concordiã, sub dole posthac crimina serendo separauit illos, atq; disiũxit. Tum singulos destitutos aggrediẽs facile oppressit. Fabula innuit, concordiam validum esse armamentũ aduersus omne periculũ, & firmam possessionem ad requiem vitæ.

De Pastore Caprario. CIX.

In specum desertam Caprarius vrgente hieme Capellas induxit. Inuẽit forte ibi capras, & hircos siluestres maiores, pluresq; suis, quorum tum proceritate, tum multitudine oblectatus, suas neglexit, & alienas curabat: abeũte hieme egressurus de specu, Capellas suas comperit fama periisse,

Siluestres stati fugiẽtes per mõtẽ illũ reliquerunt, vt inanis & vacuus domum suam rediret. Fabula innuit, nequaq̃ decere nostra negligere, & spe futuri lucri aliena curare.

De Muliere, & Oue. CX.

Vidua q̃dam domi cõtinebat Ouẽ, eius vellus volens hẽre tondebat. Sed ita incaute, vt vna ẽt carnem detegeret. Dolens Ouis dicebat. Here cur me offendis? Quid põderi addere poterit pauxilum sanguinis mei. Namq; si carnibus tibi opus est, Lanium voca, si lana, esto tu tonsor, vt rursus possis me saluam tondere.

De Mercurio. CXI.

Mercurius quẽdam per vniuersum orbẽ currũ trahebat, mẽdaciorũ, calliditatis, & vafriciæ plenum, singulis locis, qua transiret aliqd de onere impartiens. Verũ vt in terram Arabum venit, dicit̃ de repente diffractũ currum, & qcqd erat oneris reliqui inter se hoĩes sunt partiti, nec pmiserunt qd piã illinc alio trãsferri. Fabula docet, Arabes mẽdaces esse, & deceptores, in quorũ lingua nulla vnq̃ veritas reperit̃.

De Eunucho, & Aruspice. CXII.

Eunuchus accessit ad Aruspicem rem sacram facturus, atq; vota, nũcupaturus, vt liberos ꝓcrearet. Tũ Aruspex cũ exta inspexisset, dixit, qñ ad sacrificium aĩum intẽdo, patrem te futurũ auguror, cũ in os tuum inspicio ne vir qdẽ mihi videris. Fabula innuit, malignos hoĩes facile dep̃hendi, cũ res factu non faciles a Diis immortalibus petunt.

De Vulpe, & Cæsore lignario. CXIII.

Fugiebat Vulpes, Venator aũt eã insectabat̃, illa conspecto Cæsore lignario, orare cœpit, atq; obsecrare, cotegeret se ramusculis, atq; frõdib⁹, & venatori nõ ꝓderet. Annuit ille,

hoc pacto Vulpes delituit. Interuenit Venator. Rogat
illuc Vulpes ingressa esset? Negat ille vidisse, digito tñ
cũ ostẽtabat. Venator verbo fidẽ habuit, digitũ nõ atten
,atq; pteriit. Vulpes subinde ridibũda exiit: cui Cæsor
narius dixit, habeto mihi gratiã, q te saluã feci. Illa rñ/
,animaduerti omnia: & ne iusiurãdũ trãsgredereris, vo
qdem me saluã, digito aũt captã, interemptãq; voluisti.
fabula hac innuit, adulato℞ verba persuasui esse con/
tanea, Mores vero, & praui sunt, & fraudibus pleni.

De Vipera, & Agricola. CXIIII.

cola Viperam frigore pene exanimatã offendit, eam in
repoluit, atq; refocillauit. Illa fomentis eiusmodi re/
sa atq; explicita, cum Agricola manu eam fricando de
lcere voluisset, momordit, & statim peremit. Ille mo//
s dixit. Iure hæc patior, qui malæ rei misertus sum. Fa
innuit, prauo, & improbo hoĩ, siue prospere, siue ad/
e aliqd ei accidat, non esse opitulandum. Praua enim
ra, & mala mens, pro beneficiis mala retribuere solet.

De Mercurio. CXV.

rius iussu Iouis oĩbus Artificibus medicamẽtũ men
tẽperauit, & dedit. Ita vt æqua portione, cuiq; men/
medicamenti daret. Vltimo loco venit ad Coriariũ,
icquid reliqui erat medicamenti, exhausta olla illi in
. Hoc factum est, vt omnes Artifices facile mentian//
maxime omnium Coriarii. Fabula Artificibus men/
m ex norma adscribit.

De Ioue. CXVI.

creatis hominibus, reliquos mores, atq; affectus cuiq;
npoluit: Verecundiã tãtũmõ obliuione captus post

habuit. Quamobrem, cum non daretur locus, quo eam itro duceret: per vulgus eam ígredi iussit. Illa initio renitebatur, indigne rem ferens. Vt vero Iupiter frequens instabat. Equidem íquit, hac lege, & his cõditionibus ingrediar, si Amor non ingrediatur. Si autem introierit euestigio ipsa exeam. Hinc vsu venit, vt omnes exoleti, & improbi sint impudentes. Fabula contra exoletos, & improbos.

De Ioue. CXVII.

Iupiter nuptias celebrabat, & cunctis aíalibus epulũ pstitit. Sola Testudo relicta non venit. Hæsitabundus Iupiter, eã quærebat, quare ad epulum ipsa quoq; non accessisset. Illa respondit: Domus est amica, domus iucunda, domus mihi optima. Stomachatus Iupiter eam damnauit, vt domũ suam secũ gestando circumeat. Fabula innuit, plerosq; homines malle tenuiter domi viuere: q̃ apud alios splendide, & opipare tractari.

De Graculo alienis pénis induto. CXVIII.

Iupiter cũ voluisset auibus Regẽ pficere, Statuit diẽ in qua oẽs aduenirẽt. Vt cõspectis oíbus, formosissimũ oíum Regẽ illis decerneret. Graculus deformitatẽ suã moleste ferẽs, ambeũdo cæteras aues, pẽnas, q̃ de singulis deciderẽt, colligẽdo sibi ipsi imposuit, & affixit. Quare factũ est, vt speciosissimus oíum videretur. Die statuta ad Iouẽ vniuersæ aues accesserũt. Et cum decreturus eẽt Graculũ Regẽ auibus, Aues ipsæ rem grauatæ: constituerũt suã quæq; pẽnã Graculo auferre. Vnde factum est, vt Graculus rursum Graculus (vt erat) existeret. Fabula innuit, multos hoíes occupatione alienæ rei, existimationem sibi vendicare. Sublata vero re aliena, quales prius erant, tales subinde apparere.

De Ioue, & Neptuno, & Minerua. CXIX.

piter: Neptunus: atq; Minerua certabant. Quis eorum pul/
chrius qdpiam ederet. At Iupiter hoíem pulcherrimum
creauit, atq; íduxit. Neptunus taurum. Minerua mortalibus
domum ostendit. Accersitus est Momus, qui cognosceret.
Et prío cœpit positioné cornuũ tauri vitio dare. In armis
illa debere extare, nempe vt ferire vehemẽtius posset. Ho/
minis item, & mentem, & consilia foris ppalam esse, non
tus, scilicet vt quisq; dignosceret, quid alii cogitarẽt. Do
mum vltimo loco rephendebat: q, rotas ferreas non hẽret.
Quibus vna cum dominis peregre pficisci, & improbum
cinum effugere posset. Fabula innuit, nihil esse tam sapi
nter confectum, quod subsannationi non sit obnoxium.

De Ioue. CXX.

piter oía bona in dolio quodá cõclusa, & obserata cõmen/
auit cuidá Homini. Ille nimiũ auidus quid ítus esset, pau
curiosius perquirens, amouit operculum dolio. Statim
ero oía bona subuolarũt ad Deos, sola Spes relicta é apud
hoíes. Fabula innuit, elapsis cæteris bonis, solá Spé reliquá
e hominibus, q̃ futura bona hoíbus pollicet, & spódet.

De Delphino, & Thunno. CXXI.

hunnũ persequebat Delphinus, & cũ vehementi strepitu
m iá adepturus eét, puectus nimio impetu excidit in cõ/
nentẽ, & vna simili impetu ẽt Delphinus inhæsit. conuer
s itaq; Thunnus, vt iam exanimatũ cõspexit Delphinũ.
inqt mihi nõ erit molesta mors, cernẽti authorem pestis
eæ vna mecũ peuntẽ. Fabula ínuit, hoíes facile mala illa/
ferre solere, si illarores malorum videant eadẽ peste premi.

De Homine, & Heroe. CXXII.

Habebat q̃dam domi suæ signũ cuiusdã Herois, cui magni/
fice quotidie sacrificabat. Cum vero quotidiana impensa eiusmodi sacrificiorum, Substãtia viri illius cõsumeret. Asti/
tit Heros noctu, per quietẽ illi dicens: Amice desine iã pa/
trimoniũ tuum eiaculari, atq; corrũpere. Nã si consumpto patrimonio inopia premi cœperis, in me culpã certo scio conuertes. Fabula innuit, Multos, qui sua improbitate, & stultitia rem suã absumũt, culpam in Deũ, Fortunã ve sole re referre.

De Hirundine, & Cornice. CXXIII.

Hirundo dixit ad Cornicẽ, ego, & virgo, & Atheniensis sum, & Regina, & Regis Atheniẽsium filia: addidit huic ẽt Terea & sororẽ, & linguæ excisionem. Cui dixit Cornix, si abscisa lingua, ita es importuna, & loquax, q̃d faceres, si etiam lingua prædita esses? Nemo de præteritis gloriabundus se extollat, Immo naturã suam agnoscat: bona enim huius sæculi incerta, caducaq; sunt.

De Mulo. CXXIIII.

Mulus hordeo saginatus, discurrebat, exultabatq; elatus abdomine, & dicebat: Equa me genuit: tamẽ cursu non sum eã inferior. Vt primum vero in mentem ei venit, finito cursu, patre Asino se natum, contristatus ingemuit. Fabula innuit, q̃ & si tempus fert aliquem ad gloriam sui princi/
pii non obliuiscatur, q̃ vita hæc instabilis est.

De Pauone, & Grue. CXXV.

Certabat Pauo varius cum Grue procera, & vasta, contem/
nebatq; Gruem, eius colorem conspiciens excepit Grus. At equidem ad astra vsq; subuolare, & canere possum. Tu vero tanq̃ Gallus gallinaceus humi semper uersaris: sur/
sum trahi non potes. Fabula innuit, satius esse sublimem,

& conspicuum

& conspicuum ferri ignobili, & inopi veste, q̃ sine gloria viuere sumptuosa indutum veste.

De Abiete, & Rubo. CXXVI.

Certabant inter se Abies, & Rubus, gloriabat̃ Abies, & sese collaudabat. pulchra inqẽns sum, pcera, atq; sublimis, & ad templo℞ tecta, ædium laquearia, nauiumq; ædificationem magnopere vtilis: qua igit̃ ratione potes tu mecũ contendere? Respondit Rubus, si memoria repetieris, & secures, & seras, & cæsores, & fabros lignarios animo tibi im̃psentaueris. Malueris certe te rubum esse, q̃ abietẽ. Fabula innuit, neminem oportere extolli, & gloriari rebus momẽtaneis, & aduẽtitiis. Tenuis enim vita, & pompa carens tutior ad omnem fortunæ impetum est.

De Serpente, & Agricola. CXXVII.

Serpens in Agricolæ vestibulis nidificans, interfecit eius infantem puerulum, luctus aũt parentibus fuit magnus. At Pater ex dolore sumpsit securim, & ad latebram Serpentis accessit, stabatq; pro foramine obseruabũdus si pdeat, vt securi interimat. Prospexit ĩterea Serpens, & paululum caput extulit, festinando Agricola, vt ipsum percuteret, errauit, & saxum tantum, quod adiacebat interscidit. Discesso autem Serpente, Agricola ratus Serpentem non amplius iniuriæ meminisse, capiens panem, & salem, apposuitq; in foramine. Serpens autem subtile sibilans dixit, non erit nobis posthac fides, & amicitia, donec saxi fissurã præ oculis habeo, & tu tui Filii tumulum. Fabula innuit, ingentes inimicitias, non facile reconciliari.

De Leone, & Apro. CXXVIII.

Leo, & Aper vrgente æstu, & siti, venerunt ĩ fontẽ paruulum,

bibendi gratia,& contendebant,quis eorum prior de fonte biberet. E ousq; aũt prouecta est inter eos contentio, vt iam cædi finitimi viderentur. Interea paululum ad se conuersi,respirandi gratia,conspexerunt Vultures præstolantes,vter cadat,vt eum comederẽt, animaduersione huiusmodi periculi,contentionem transigunt, inimicitiáq; deponunt. Melius est inquiunt nos amicos esse, & viuere,q̃ escam nos ipsos præbere Vulturibus,atq; Coruis. Fabula innuit, vtile esse omni ĩ re quemq̃ vires suas metiri,& aduersus potentiores,neq; contendere,neq; cum illis societatem inire.

De Prometheo. CXXIX.

Prometheum aiunt formato primo homine duas peras ipsi appensas accommodasse malo⁊ plenas,alteram ante,breuiorem scilicet,& alienis malis refertam,maiorem post terga,suis propriis malis repletam. Fabula innuit, solere homines calamitates aliorum,atq; errores diligenter conspicere, sua propria de industra ignorare.

De Onagro,& Leone. CXXX.

Insectabant̃ venando bestiolas Onager,& Leo : Leo fretus viribus,celeritate pedum confisus Onager. post venationem,feras Leo partit̃,& disponit trifariam. Subdidit primam ha⁊ particulam ipse sumam ꝓpter primatum, Rex enim omnium sum. Altera mihi cõpetit,sociali iure. Tertia magnã tibi minat̃ cladem,si tãgere ausus fueris. Fabula innuit,cum maioribus minime habenda commercia.

De Medico. CXXXI.

Medebatur Aegrotanti cuidã Medicus : At ille morbo inualescẽte vita decessit. Dum funus effertur aderat Medicus,

Homo hic inquiēs si vino abstinuisset, si medicamēta sum psisset, & clysteribus vsus fuisset, non esset mortuus. Excepit quidam dicens, o bone Vir. Non nunc tibi de his est philosophandum, quando nihil prodesse potes. Tunc admonere, tunc suadere te oportebat, quando ista vsui eē potuissent. Fabula innuit, non esse verbo iuuandos amicos, posteaq̄ res eorum periit, sed instante necessitate opportunis remediis succurrendum.

De Aucupe, & Vipera. CXXXII.

Auceps visco & cānis sumptis, aucupādi gratia ꝑfectus est. Conspexit forte turdū in excelsa sedentem arbore, cōmisit cannas apte, & in longitudinem idoneam protraxit, vt earum porrectione Turdum caperet: dum sursum versus spectat, Viperam quiescentem incautus calcauit. Illa irritata cōtinuo illū momordit. Cœpit ad morsū linqui animo, dixitq; me miserum, qui dum aliū cape conor, ab alio ipse letaliter captus sum. Fabula innuit, sæpenumero vsu venire, vt qui aliis insidiātur, alioꝝ ipsi insidiis capti sint.

De Medico, & Aegroto. CXXXIII.

Medicus quidam incidendi artis non admodū peritus, cuidam non belle habenti subsequens dicebat, para te ad exitum, crastino enim die ad summū perendie, vita decedes. Hæc vbi dixit Medicus abiit. Acti interea nonnulli dies sunt, cōualuit ægrotus, & domo pallidus ꝓdiit, habuit forte obuiā Medicū, q ei mortē ꝑdixerat. Salutat ip̄m Medicus, Rogatq; q̄d apud īferos agat̃. Excepit ille. Quiescūt oēs, aqua lethes ebibita, paulo enim ante Mors ip̄a, & Pluto diriter minabant̃ oībus Medicis, pro eo q̄ ægrotos nō sinerēt mori, affirmabatq; se īterfuisse ꝓscriptiōi eiusmōi,

in qua Medicũ quoq; ipm futurũ fuiſſe aſcriptũ, niſi ipſe interueniẽs certiores illos feciſſet. Stultũ eũ, nõ verũ eẽ Medicũ. Fabula innuit, obtrectatores, & inuidos conſueſcere, quæ ipſi efficere nequeant, ne aliis qdẽ efficiẽda pmittere.

De Agricola, & Mari. CXXXIIII.

Agricola vidit de ſpecula nauim tẽpeſtate, & fluctibus agitari, cõuerſus ad mare, o elemẽtũ inqt truculẽtiſſimũ, & humano generi infeſtiſſimũ. Mare ſubide ſumpta effigie muliebri. Noli inqt o hõ mihi rem hãc ĩ vitiũ vertere, nõ ego in culpa ſum, ſed vẽti, qui me pturbãt: q̃ ſi ſine iis nauigare potueris, mitiorẽ me, æquiorẽq; terra ipſa inuenies. Fabula innuit, q̃ ſæpe dños benignos, & mites, improbi & neq̃ aſſeclæ, & famuli, ad irã, & excandeſcentiã puocare ſolent.

De Miluo. CXXXV.

Miluus acuta erat præditus uoce, cũ audiſſet Equũ hinnire, imitandi eum ſtudio ſæpe id facere conſueuit. Sed nec alienum hinnitum ediſcere potuit, & ſuam ipſius vocem perdidit, ita vt oĩno, & aliena, & ſua voce priuatus fuerit. Fabula innuit, eos qui ob inuidiam, & obtrectatoriã æmulationem ſupra ingenium aliena imitari conantur, præterq̃; qđ id minime aſſequuntur, ſua quoq; perdunt.

De Miluo, & Angue. CXXXVI.

Miluus Anguẽ corripuit, & ſublime volauit, cõuerſus Anguis miluum momordit, quare vterq; in terrã deiecti ſunt. Moribũdo miluo, Anguis ĩſultãs dixit. Quid erat, q̃re ita furẽter eos opprimere volueris, q nullã tibi iniuriã intuliſſent, ſed en iniuſtæ rapinæ iuſtas luis pœnas. Fabula ĩnuit, eos q nimia cupiditate ĩbecilliores opprimere volũt, plerunq; in fortiores incidere ſolere, & vnde non ſperant, in/

de seuere cogi cupiditatis pœnas dare.

De Equite, & Equo. CXXXVII.

Eques quidam Equum suum tãtisper hordeo saginabat, q̃-diu bellum gerebat, nempe vt commoditate eius iuuaretur: posito bello, & cibo magnam partem detrahebat, & Equum seruiliter oneribus, & sarcinis iumentariis faciebat obnoxium. Indictum rursus interea est bellum, & tuba equites ad ordines vocabantur: ille ĩstrato Equo, & freno imposito armatus eum cõscendit, & additis calcaribus vt citius se moueret vrgebat: At Equus imbecillitate, inediaq; confectus, nihil ꝓficiebat, dixitq; domino. Iam sine me, & abi, inter ordines peditum te colloca, quandoquidem me ex Equo Asinum fecisti. Nec fieri potest, vt rursus de Asino, vt Equo vti possis. Fabula ĩnuit, tempora requietis & otii, non oportere obliuisci difficultatum.

De Equo, & Boue, & Cane. CXXXVIII.

Equus, Bos & Canis oppressi domũ cuiusdã hoĩs introierunt. Ille libens eos accepit, & fomentis plerisq; refocillauit. Dein Equo quidem ꝓposuit hordeũ. Tauro paleas. Cani reliquias mensæ. Ob huiusmodi benignã hospitalitatẽ referre ei gratiam voluerunt. Et ita quisq; aliquid annoꝝ ætatis suæ hoĩ impartiuit. Equus primos concessit annos, q̃obrẽ in iuuenta quisq; & feruens est aĩo, & alacer ad quæuis. Bos deinde medios tribuit annos, vñ fit, vt eo statu ætatis laboriosus sit, & opibus req̃rendis solerte ĩtẽdat. Tertio loco deĩceps Canis vltimos annos cõcessit. Vñ vsu venit vt q̃sq; senescendo morosus & difficilis fiat, nec alios amet, q̃ qui cibum præbẽt, q̃bus alludit semp, atq; obsequitur, Non dantibus vero allatrat, & molestus ẽ. Fabula hæc

docet,hoíes improbos,& male moratos,illos dũtaxat ſole re amare,a quibus aliquid vtilitatis percipiunt.

De Caſtore. CXXXIX.

Caſtor aíal eſt quadrupes plerũq; in lacubus & ſtagnis verſat̃,cuius genitalia Medici aiunt vſui mortalibus eſſe. Is, cum videat homines ſe perſequentes iam eſſe aſſecuturos, Intelligens quamobrem ita acriter perſequant̃. Ipſemet genitalia excidit,& abiicit:qua ratione periculum euadẽs, ſalutem conſequitur.Fabula innuit,prudentium eſſe hominum pro ſalute totius,aliquam partem abiicere.

De Cane,& Coco. CXL.

Inſiluit in culinã Canis, & occupato Coco,corripuit mordicus cor,& illico aufugit.Conuerſus Cocus,vt fugientẽ vidit.Heus tu inquit.Vbicunq; fueris te obſeruabo.Non enim mihi cor abſtuliſti,ſed cor dediſti.Fabula ĩnuit,damna,& clades doctiores reddere homines.

De Cane,& Lupo. CXLI.

Canis ꝑ foribus cuiuſdã villulæ quieſcebat,decurrit Lupus Canem ipſum oppreſſum deuoraturus:orabat, obſecrabatq; Canis inquiens.Noli me nũc Lupe perimere, macilentus enim & gracilis ſum,ꝙ ſi epulas has pauliſper diſtuleris.Herus meus celebraturus eſt breui nuptias,tum ipſe in epulis nuptialibus multa comedã,& pinguis efficiar,& ero tibi iucũdius epulũ,ꝑſuaſus Lupus abiit. Poſt aliquot dies reuerſus cõſpexit Canẽ in domo ſedẽtẽ,tũ eum ſuſpiciens Lupus vocabat, cõmemorabatq; ꝓmiſſa & pacta,nõ inqͭt Canis, ſed ſi amplius me in veſtibulo quieſcẽtẽ offenderis,perime, lacera,deuora,nullas expecta nuptias. Fabula innuit,prudentes,ſenſatoſq; hoíes ſicubi periculo libera

ti fuerint, rē ipsam in posteꝶ diligenter obseruāt, & cauēt.

De Cane, & Gallo, & Vulpe. CXLII.

Canis, & Gallus societate inita iter vna faciebāt, aduespera/scente Gallus ascendebat arborem, & ibi quiescebat. Ca/nis iuxta radices arboris foramen inuenit, & eo se recepit. Gallus intempesta nocte, vt solet, canere cœpit. Vulpes cā tu exaudito confestim eo cucurrit, atq; ad truncum astitit. Rogabat Gallum, vt descenderet, cupere se enim eiusmo/di animal exosculari, cuius cantu sūmopere oblectata eēt. Respondit Gallus, excita prius Vulpes hostiariū sub ra/dice arboris dormientem, vt ille hostium aperiat, qua ipse descendens, ad te proficisci queam. Dum Vulpes hostia/rium quæritat, Canis experrefactus de repente exiluit, & Vulpem discerpsit. Fabula innuit, sapiētes homines inimi cos solere remittere a se ad potentiores inimicos.

De Auicula laq̄o capta. CXLIII.

Auicula quædā capta insidiis, lamētabat, expostulabatq; di cens, me miserā, atq; erūnosam, quæ nō auꝶ expilaui, nō sa cra legi, nō publicum depeculata sum, non rē aliquā ꝑtio sam furata. paruū tritici granum, mortem mihi adstruxit. Fabula īnuit, plerosq; ꝓ ꝑui lucri cā, ingens subire periculū.

De Cane, & Hortulano. CXLIIII.

Canis Hortulani ꝑceps in puteum cecidit, Hortulanus vo/lens Canem inde extollere, descēdit ipse eo raptim, Canis arbitratus propterea Hortulanum tam prope descēdisse, vt se penitus submergeret, & pessundaret. Cōuersus Hor/tulanum momordit. Ille dolenter rediens, Iure inq̄t ita læ sus sum, qui malam Bestiam saluam facere volui. Accom modatur Fabula ad eos, qui iniurii sunt, & ingrati.

De Cancro, & Vulpe CXLV.

Cancer mare egressus, prope littus pascebatur. Vulpes esuriens, vt eum conspexit, accessit, comprehenditq;. Cancer moribundus, Iure inquit morior, qui cum marinus sim, terrestrem me facere volui. Fabula innuit, solere eos plerũq; in calamitates incidere, qui propriis studiis omissis, alienis & nihil ad se attinentibus, operam dant.

De Citharœdo. CXLVI.

Citharœdus q̃dã ineptus, cõsueuerat cameratã domũ intrare, & ibi canere. Resonabat.n. ob fornicẽ vox, & Citharœdus putabat suauitatem eiusmodi sono suæ vocis cõflari. Hac re elatus, statuit se in Theatrũ dare, & artẽ ibidẽ ostentare. Ve℞ vt inepte admodum canere cœpit, toto exibilatus Theatro explosus est. Fabula innuit, declamatores nõ nullos ĩ scholis ꝓnũciationẽ oratoriam imitãtes opinione efferunt, & ad rẽpub. capescẽdã se dant. Vbi explorata stultitia, facile cõtemnuntur, & nulla re digni habentur.

De Furibus. CXLVII.

Fures domũ quandam ingressi, nihil quod asportarẽt inuenerunt, ꝑter Gallũ, quem cõprehenderũt, & inde abierũt. Timens interitum Gallus, frequens orabat, vt se dimitterent. Vsui inq̃ens mortalibus sum, ꝓpterea q̃d cãtu noctu eos excito, & ad opus, muniaq; dimitto. At illi inq̃unt, ꝓ pterea magis peribis, q̃ eos excitas, & nobis cõmoditatẽ furandi ĩtercipis. Fabula innuit, ea solere maxime obesse improbis, quæ frugi, & probis admodum prosunt.

De formica, & Cicada. CXLVIII.

Hiemis tempore, Formica q̃dem in conditorio reposito frumẽto vescebatur. Cicada fame peribat, & vt sibi cibi aliq̃d

impartiretur Formicam identidem obsecrabat. At illa excepit. Cur æstate non colligebas cibum? Hæc aūt rn̄dit, nō vacabam, sed canebam musice. Illa autem subridens dixit, sed si æstatis tempore canebas, hiemis salta. Fabula aduersus eos accommodatur, qui in iuuentute nolunt laborare & propterea in senectute mendicant.

De Aquila, & Vulpe. CXLIX.

Aquila, & Vulpes inita amicitia prope habitare decreuerūt confirmationem amicitiæ faciendo consuetudinem. Aqla super alta arbore nidum affixit, Vulpes vero in ꝓximis arbustis filios peperit: ad pabulum igit᷑ aliqn̄ Vulpe profecta, Aquila cibi indigens, deuolans in arbusta, & filios huius raptos vna cum suis pullis deuorauit. Vulpes vero reuersa, & re cognita, non tam filiorum tristata est morte, q̄ vindictæ inopia, quia enim terrestris esset, volucrem persequi haud poterat: quare ꝓcul stans quod etiam impotentibus est facile, inimicæ maledicebat. non multo autē post, Capram quibusdam in agro sacrificantibus euolans Aqla partem victimæ cum ignitis carbonibus rapuit, & in nidum tulit. Vento vehementi tunc flante, & flamma excitata, Aquilæ pulli inuolucres adhuc cum essent, assati in terram decidunt. Vulpes vero accurens in conspectu Aquilæ omnes deuorauit. Fabula significat, eos q amicitiam, licet ab affectis iniuria fugiant vltionem ob impotentiam, diuinum tamen supplicium non depulsuros.

De Philomela, & Accipitre. CL.

Philomela sup arbore sedēs de more canebat. Accipiter autē videns, ac cibi indigēs volando corripuit, quæ cum occidēda foret, orabat Accipitrē, ne deuoraretur, neq; enim satis

esse ad Accipitris ventrem implendum, sed oportere ipm cibo egentem ad maiores aues conuerti. at Accipiter susci piens ait, sed ego certe demens essem, si qui in manibus pa/ratus est, cibo dimisso, quæ nõ videtur persequar. Fabula significat, plerosq; homines eodem mõ esse inconsultos, q spe maiorum incertorũ, quæ in manibus habent, amittant.

De Leone, & Rana. CLI.

Leo audita aliquando Rana valde clamante, vertit se ad vocem, ratus magnum aliqđ animal esse, parumper aũt expectando, vt vidit stagno egressam, accedens ꝓprius procul cauit. Fabula significat, nõ oportere antequã videas, voce sola pertubari.

Leo, & Asinus, & Vulpes. CLII.

Leo, & Asinus, & Vulpes, inita societate egressi sunt ad ve//nandum. Multa igitur præda capta, iussit Leo Asino, vt diuideret sibi. At ille tribus partibus factis æqualiter, vt eli//gerent, eos hortabatur, & Leo iratus, Asinum deuorauit. Inde Vulpi, vt diuideret, iussit. Illa vero in vnam partem omnibus congestis, sibi minimum quiddam reliquit, tum Leo ipsi, quis te o optima diuidere sic docuit? Ea inquit, Asini calamitas. Fabula significat, castigamenta homini//bus esse aliorum infortunia.

De Leone, & Vrso. CLIII.

Leo, & Vrsus simul magnum nacti Hinnulum, de eo pugnabant. grauiter igitur a se ipsis affecti, vt ex multa pugna etiam vertigine corriperentur, defatigati iacebant. Vulpes autem circumcirca eũdo, vbi prostratos eos vidit, & Hin/nulum in medio iacentem, hunc per vtrosque percurren/do, rapuit, fugiensq; abiuit. at illi videbãt quidem ipsam,

sed quia non poterant surgere, nos miseros dicebant, quia Vulpi laborauimus. Fabula significat, aliis laborantibus alios lucrari.

De Formica, & Columba. CLIIII.

Formica sitiens descendit in fontem, ac tracta a fluxu, suffocabatur. Columba vero hoc viso, ramum arboris acceptũ in fontem proiecit, super quo sedẽdo Formica, euasit. Auceps autem quidam post hoc calamis compositis ad Columbam comprehendẽdum ibat. hoc autem viso, Formica Aucupis pedem momordit, qui dolens, & calamos ꝓiecit, & vt Colũba fugeret autor fuit. Fabula significat, oportere benefactoribus gratiam referre.

De Vespertilione, & Rubo, & Mergo. CLV.

Vespertilio, & Rubus, & Mergus inita societate mercatoriam decreuerunt vitam agere. Itaq; Vespertilio argentum mutuata proiecit in medium. Rubus vestem secum accepit. Mergus tertius, æs: & nauigauerunt. tempestate autem vehementi oborta, & naui euersa, omnibus perditis, ipsi in terram euaserunt: ex illo igitur Mergus littoribus semper assidet, num quopiam æs eiiciat mare. Vespertilio vero creditores timens, interdiu non apparet, noctu ad pabulum exit. Rubus prætereuntium vesti inhæret, si cubi suam cognoscat quærendo. Fabula significat, in ea, quibus incumbimus, in posterum recidere.

De Asino, & Hortulano. CLVI.

Asinus seruiẽs Olitori, quoniã paꝝ comedebat, plurimũ laborabat, ꝓcatus est Iouem, vt ab Olitore liberatus alteri venderetur domino, cum Iupiter exoratus, iussisset ipm Figulo vendi, iterum iniquiore animo perferebat, q̃ prius

onera,& cœnum,& tegulas ferre. Rursus igitur, vt mutaret dominum rogauit,& Coriario venundatus est: peiorẽ itaq; prioribus herum nactus, videns quæ ab eo fierent, suspirando ait, hei mihi misero melius erat mihi apud priores heros manere, hic enim vt video,& pellem meam operabit̃. Fabula significat, tũc maxime priores dominos a famulis expeti, cum de secundis periculum fecerint.

De Aucupe,& Alauda. CLVII.

Auceps auibus struxerat laqueos, Alauda vero hũc procul videns rogauit, quid nam operaretur, eo vrbem cõdere dicente, deinde procul regresso,& abscondito, Galerita viri verbis credendo, accessit ad cassem,& capta est, at Aucupe accurrente, illa dixit: heus tu, si talem vrbem condis, nõ multos inuenies incolentes. Fabula significat, tunc maxime domos,& vrbes desolari, cũ præfecti molesti fuerint.

De Punica,& Malo. CLVIII.

Punica,& Malus de pulchritudine cõtendebant, multis cõtentionibus interim factis, Rubus ex ꝓxima sepe audiens desinamus ait o Amice aliquando pugnare. Fabula significat in præstantiorum seditionibus, vilissimos quoq; conari esse aliquos.

De Talpa. CLIX.

Talpa cæcum animal est. dixit igitur aliquando Matri, morum Mater video: deinde rursus ait, thuris odore plena sum. & tertio iterum, ærei lapilli fragorem audio. Mater vero respondendo ait, o Filia vt iam percipio, non solum visu priuata, sed & auditu,& olfactu. Fabula significat, non nullos iactabundos impossibilia promittere,& in minimis redargui.

De Vespis, & Perdicibus. CLX.

Vespæ, & Perdices sitibundæ ad Agricolam iuerunt, ab eo petentes bibere, promittentes pro aqua hanc gratiam redditurum, Perdices fodere vineas, Vespæ circũ circa eũdo aculeis arcere fures. At Agricola ait, sed mihi sunt duo boues, qui nihil ꝓmittendo, omnia faciunt: melius igit̃ est illis dare, q̃ vobis. Fabula in viros perniciosos, qui promittunt quidem iuuare, lædunt autem admodum.

De Pauone, & Monedula. CLXI.

Auibus creaturis Regem, Pauo orabat vt se ob pulchritudinem eligerent. eligentibus autem eum omnibus. Monedula suscepto sermone ait. sed si te regnante, Aquila nos ꝑsequi aggressa fuerit, quomodo nobis opem feres. Fabula significat, Principes non modo propter pulchritudinẽ, sed & fortitudinem, & prudentiam eligi oportere.

De Singulari animali, & Vulpe. CLXII.

Singularis agrestis sup quadã sidens arbore dentes acuebat. Vulpe rogante causam, quare nulla præposita necessitate dentes acueret, ait. non ab re hoc facio: nam si me periculũ inuaserit, minime autem me tunc acuendis dentibus occupatum esse oportebit, sed potius paratis vti. Fabula significat aduersus periculum præparatum esse oportere.

De Hinnulo. CLXIII.

Hinnulus aliquãdo Ceruo ait, Pater tu & maior, & celerior Canibus, & cornua præterea ingẽtia gestas ad vindictam, cur nam igitur sic eos times? & ille ridẽs ait: vera quidem hæc inquis Fili. vnum vero scio, ꝙ cum Canis latratum audiuero, statim ad fugam nescio quo modo efferor. Fabula significat, natura timidos nulla admonitione fortificari.

De Leporibus,& Ranis. CLXIIII.

Lepores aliquando in vnum profecti, ſuam ipſorum deplorąbāt vitam,quod foret periculis obnoxia,& timoris plena,quod & ab hominibus,& Canibus,& Aquilis,& aliis multis conſumantur. melius itaq; eſſe mori ſemel, q̄ toto vitæ tempore timere.hoc igitur firmato,impetum fecerūt ſimul in paludem,quaſi in eam inſulturi,& ſuffocandi.ſed cum Ranæ,quæ circum paludem ſedebant,curſus ſtrepitu percepto,illico in hanc inſiluiſſent,ex Leporibus quidam prudentior eſſe viſus aliis ait, ſiſtite o ſocii, nulla re graui vos ipſos afficite,iam vt videtis,& nobis alia ſunt animalia timidiora.Fabula ſignificat,miſeros grauioribus aliorum conſolari calamitatibus.

De Aſino,& Equo. CLXV.

Aſinus Equum beatum putabat,q; abundanter nutriret,& accurate,cum ipſe neq; palearum ſatis haberet,præſertim q; defatigatus, cum autem tempus inſtitit belli, & miles armatum aſcendit Equum huc, illuc ipſum impellendo, cæterum & in medios hoſtes inſiluit, & Equus vulneratus iacebat. His viſis Aſinus Equū mutata ſententia miſerum exiſtimabat. Fabula ſignificat, non oportere Principes & diuites imitari,ſed in illos inuidia, & periculo conſideratis,paupertatem amare.

De Auaro. CLXVI.

Auarus qdam cum omnia ſua bona vendidiſſet, & auream glebam feciſſet,in loco quodā infodit, vna defoſſo illic & animo ſuo,& mente.atq; quotidie eūdo,ipſam videbat:id aūt ex operis qdā obſeruādo cognouit,& refoſſam gleb. abſtulit.poſt hæc & ille profectus,& vacuū locū videns,

gere cœpit,& capillos euellere. Hunc cũ q̃dam vidiſſet ſic plorantẽ, & cãm audiuiſſet: nec ſic ait o tu triſtare,neq;.n. habens aurum,habebas:lapidem igitur pro auro acceptũ reconde,& puta tibi aurum eſſe, eundem enim tibi vſum præſtabit.nam,vt video:neq; cum aurũ erat,vtebare. Fabula ſignificat,nihil eſſe poſſeſſionẽ,niſi uſus adfuerit.

De Anſeribus,& Gruibus CLXVII.

Anſeres,& Grues in eodem prato paſcebant, Venatoribus autem viſis,Grues,quod eſſent leues, ſtatim euolauerunt. Anſeres vero ob onus corporum cũ manſiſſent,capti fuerunt. Fabula ſignificat,& in expugnatione vrbis,inopes facile fugere,Diuites autem ſeruire captos.

De Teſtudine,& Aquila CLXVIII.

Teſtudo orabat Aquilam, vt ſe volare doceret.ea autem admonente procul hoc a natura ipſius eſſe,illa magis p̃cibus inſtabat.accepit igitur ipſam vnguibus, & in altũ ſuſtulit, inde demiſit, hæc àutem in petras cecidit, & contrita eſt. Fabula ſignificat,multos,quia in contentionibus prudentioribus non audiuerint ſe ipſos læſiſſe.

De Pulice. CLXIX.

Pulex aliq̃ñ ſaltãs,viri pedi inhæſit, hic autem Herculem in auxilium inuocabat.at hic cum illinc rurſus ſaltaſſet,ſuſpirando ait,o Hercules,ſi contra Pulicem non auxiliatus es, q̃uo contra maiores aduerſarios adiuuabis? Fabula ſignificat,nõ oportere in minimis Deũ rogare,ſed in neceſſariis.

De Sue,& Cane. CLXX.

Sus,& Canis mutuo conuitiabantur,& Sus iurabat p Venerẽ ꝑculdubio dẽtibus diſciſſurũ Canẽ.Canis vero ad hæc diſſimulãter dixit.bene per Venerẽ nobis iuras, ſignificas

enim ab ipsa vehementer amari, quæ impuras tuas carnes degustantem, nullo pacto in sacellum admittit. & Sus propter hoc igitur magis præ se fert Dea amare me, nam occidentem, aut alio quouis modo lædentem omnino auersatur. tu tamen male oles & viua, & mortua. Fabula significat, prudentes oratores, quæ ab inimicis obiiciuntur, artificiose in laudem conuertere.

De Sue, & Cane. CLXXI.

Sus, & Canis de fœcũditate certabãt, dixit aũt Canis fœcũda esse maxime pedestriũ oĩum: & Sus occurrens ad hæc inqt, sed cũ hæc dicis, scito & cæcos tuos te Catulos parere. Fabula significat, nõ ĩ celeritate res, sed in perfectiõe indicari.

De Serpente, & Cancro. CLXXII.

Serpens vna cum Cancro viuebat, inita cum eo societate. Itaq; Cancer simplex moribus, vt & ille mutaret admonebat astutiam. hic autem minime obediebat. Cum obseruasset igitur Cancer ipsum dormientem, & ꝑ viribus compressisset, occidit. At Serpente post mortem extenso, ille ait, sic oportebat ante hac rectum & simplicem esse, neq; enĩ hãc pœnam dedisses. Fabula significat, qui cum dolo amicos adeunt, ipsos offendi potius.

De Pastore, & Lupo. CLXXIII.

Pastor nuper natum Lupi Catulũ reperit, ac sustulit, vnaq; cum Canibus nutriuit. at cum adoleuisset, si quando Lupus Ouem rapuisset, cũ Canibus & ipse persequebat᷑. cũ Canes vero aliquando non possent assequi Lupum, atq; ideo reuerterent᷑, ille sequebat᷑, vt cũ ipsum assecutus esset, vt Lupus particeps foret venationis, inde redibat. sin autẽ Lupus extra non rapuisset Ouem, ipse clam occidens, vna

cum Canibus

cum Canibus comedebat, donec Pastor cum cõiectasset, & intellexisset rem, de arbore ipsum suspendit, & occidit. Fabula significat, naturã prauã bonos mores non nutrire.

De Leone, & Lupo. CLXXIIII.

Leo cum consenuisset, ægrotabat iacens in antro, accesserant aũt visitatura Regem præter Vulpem cætera animalia. Lupus igitur capta occasione accusabat apud Leonem Vulpem, quasi nihil facientem suũ oĩum dominũ, & ꝓpterea neq; ad visitationẽ profectam. interim affuit & Vulpes, & vltima audiuit Lupi verba. Leo igitur contra eam infremuit, sed defensionis tpe petito, & quis inquit eoꝝ, q cõuenerunt tantum profuit, quantum ego, quæ in oẽm partem circuiui, & medicamentum pro te a Medico quæsiui & didici? cum autem Leo statim vt medicamentum diceret, imperasset, illa inquit, si Lupo viuente excoriato, ipsius calidam pellem indueris. & Lupo iacente, Vulpes ridens ait, sic non oportet dominum ad maleuolentiam mouere, sed ad beneuolentiam. Fabula significat, eum, qui quotidie machinatur, in seipsum laqueum vertere.

De Hirundine, & Cornice. CLXXV.

Hirundo, & Cornix de pulchritudine contendebant. respõdens autem Cornix ei dixit, sed tua pulchritudo uerno tempore, meum vero corpus etiam hieme durat. Fabula significat, durationem corporis decore meliorem esse.

De Cornice, & Coruo. CLXXVI.

Cornix Coruo inuidens, quod is ꝑ auguria hominibus vaticinaret̃, ob idq; crederet̃ vti futura prædicens, conspicata viatores quosdam ꝑtereuntes iuit sup arborem quandã, stansq; valde crocitauit, illis vero ad vocẽ conuersis, & ad/

miratis,re cognita qdam inqt,abeamus heus vos, Cornix enim est,quæ crocitauit,& auguriũ non habet. Fabula significat,eodem modo & homines præstantioribus certantes præterq̃, qđ nõ ad æqua pueniũt,risum quoq; debere.

De Cornice,& Cane. CLXXVII.

Cornix Mineruæ sacrificans,Canẽ inuitauit ad epulas. Ille vero ad eam dixit,quid frustra sacrificia absumis? Dea.n. adeo te odit,vt ex peculiaribus quoq; tibi auguriis fidem substulerit.cui Cornix ob id magis ei sacrifico,vt reconcilietur mihi. Fabula significat,plerosq; ob lucrum non vereri inimicos beneficiis prosequi.

De Coruo,& Serpente. CLXXVIII.

Coruus cibi indigens,vt Serpẽtẽ in aprico quodã loco dormientẽ vidit hũc deuolãdo rapuit.hic cũ se vertisset, atq; momordisset ipm. Coruus moriturus dixit,me miserum, qui tale reperi lucrum,quo etiam pereo. Fabula in virum, qui ob thesaurorum inuentionem de salute periculatur.

De Monedula,& Columbis. CLXXIX.

Monedula ĩ columbario quodam Columbis visis bene nutritris dealbauit sese,iuitq;,vt & ipsa eodem cibo impartiretur. hæ uero donec tacebat,ratæ eam esse Columbam,admiserunt.sed cum aliquando oblita vocem emisisset,tunc eius cognita natura, expulerunt percutiendo, eaq; priuata eo cibo rediit ad Monedulas rursum, & illæ ob colorẽ, cum ipsam non nossent a suo cibo abegerunt , vt duorum appetens,neutro potiretur. Fabula significat,oportere & nos nostris contentos esse,considerantes auaritiam,præter q̃ quod nihil iuuat,auferre sæpe & quæ adsunt bona.

De Monedula. CLXXX.

Monedulam cum quis cepisset, & pedem alligasset filo, suo tradidit Filio. Hæc nõ ferendo victum inter hoĩes, vbi parumper libertatẽ nacta est, fugit, in suumq; nidũ se cõtulit. circũuoluto vero ramis vinculo, euolare haud valẽs, cum moritura esset, secum loquebat̃, me miserã, quæ apud homines nõ ferẽdo seruitutem, incaute me me vita priuaui. Fabula significat, nonnunq̃ quosdam, dum se a mediocribus student periculis liberare, in maiora incidere.

De Lupo, & Oue. CLXXXI.

Lupus a Canibus morsus, & male affectus abiectus iacebat: cibi vero indigens visa Oue, rogabat vt potũ ex p̃terfluẽte flumine sibi afferret. si enim tu mihi inquit dederis potum, ego cibum mihi ipsi inueniam, illa re cognita, ait: sed si ego potum do tibi, tu & cibo me vteris. Fabula in virum maleficum per simulationem insidiantem.

De Leporibus. CLXXXII.

Lepores olim belligerantes cum Aquilis, inuocarũt in auxilium Vulpes. Hæ aũt dixerũt, vobis auxiliaremur, nisi sciremus qui vos estis, & cum q̃bus bellamini. Fabula significat, eos qui cum præstãtioribus certãt, suã salutẽ cõtẽnere.

De Formica. CLXXXIII.

Quæ nunc Formica, homo olim fuit. Hic agriculturæ assidue incumbens, non erat propriis laboribus cõtentus, sed & vicinorum fructus surripiebat. Iupiter autem indignatus huius auaritia, transmutauit eum in hoc animal, quæ Formica appellatur: veꝝ cũ mutasset formam, non & affectũ mutauit. nã vsq; nũc arua circumeundo, alioꝝ labores surripit, & sibi recondit. Fabula significat, natura prauos, & si maxime speciem transmutarint, mores non mutare.

De Vespertilione, & Mustela. CLXXXIIII.

Vespertilio in terrã cũ cecidisset, a Mustela capta est, & cum occidenda foret, pro salute rogabat: hac vero dicente, nõ posse ipsam dimittere, q natura volucribus omnibus inimica foret, ait. non Auem, sed Murem esse, & sic dimissa est. Postremo autẽ cum iterum cecidisset, & ab alia capta Mustela, ne voraret orabat: hac autem dicente cunctis inimicam esse Muribus. Hæc nõ Mus, sed Vespertilio esse dicebat, & rursus dimissa est, atq; ita euenit bis mutato nomine, salutem consecutam fuisse. Fabula significat, neq; nos ĩ iisdem semper esse oportere, cõsiderantes eos, qui ad tempus mutantur, plerunq; pericula effugere.

De Viatoribus. CLXXXV.

Viatores secundum littus quoddam iter facientes, iuerunt in speculam quandam, & illinc cõspicati sarmenta procul natantia nauim esse magnam existimarunt, quamobrem expectarunt, tanq̃ appulsura ea esset, cum vero a vento lata sarmenta propius forent, non nauim amplius, sed scapham videre videbantur. aduectis autem illis, cum sarmẽta esse vidissent, inter se dixerunt, vt nos igitur frustra, qđ nihil est, expectabamus. Fabula significat, nonnullos homines, qui ex improuiso terribiles esse videntur, cum periculum feceris, nullius esse pretii, inueniri.

De Asino siluestri. CLXXXVI.

Asinus siluestris Asino viso domestico in loco quodã aprico profectus ad ipsum, beatũ dicebat & corporis habitudine, & cibi perceptione. Deinde vero cum vidisset eũ ferentem onera, & Agasonẽ retro sequẽtem, & baculis ipm percutientem, ait: ast ego nõ amplius beatũ te existimabo.

video.n.non ſine magnis malis habere te felicitatem. Fabula ſignificat, non eſſe æmulanda lucra, in quibus inſunt pericula, & miſeriæ.

De Aſinis. CLXXXVII.

Aſini olim ꝓpterea, quod aſſidue onera ferrent, & fatigarentur. legatos miſerunt ad Iouem ſolutionem laboꝝ petentes. hic autem oſtendere ipſis volẽs, id nõ poſſe fieri, ait tũc eos liberatũ iri laboribus, cũ mingẽdo fluuiũ fecerint. ac illi eũ veꝝ dicere exiſtimãtes, ex illo & nunc vſq;, vbi aliorũ vrinam viderint Aſinoꝝ, illic & ipſi circunſtando mingũt. Fabula ſignificat, vnicuiq; quod fatale eſt, incurabile eſſe.

De Aſino, & Vulpe. CLXXXVIII.

Aſinus indutus pelle Leonis vagabať reliqua bruta pterrẽdo, cæterum viſa Vulpe, tentauit & hanc perterrefacere. Hæc aũt (caſu enim ipſius vocem audiuerat) ad ipm ait. ſed bene ſcias, ꝗ & ego timuiſſem, niſi rudentem audiuiſſem. Fabula ſignificat, nõ nullos indoctos, qui iis, qui extra ſũt, aliqui eſſe videntur, ex ſua linguacitate redargui.

De Aſino, & Ranis. CLXXXIX.

Aſinus ferẽs ligna pertrãſibat paludẽ quãdã. lapſus aũt, vt decidit, nec ſurgere poſſet, lamentabať, ac ſuſpirabat. Ranæ aũt quæ erãt in palude auditis ſuſpiriis, heus tu dixerunt, & quid faceres, ſi tanto hic tpe, quanto nos fuiſſes, cum, qa ad breue tempus cecidiſti, ſic lamenteris? Hoc ſermone vti quiſpiam poterit in virum ſegnem, qui ob minimos quoſq; labores triſtatur, cum ipſe maioribus facile reſiſtat.

De Aſino, & Coruo. CXC.

Aſinus vlcerato dorſo in prato quodam paſcebatur, Coruo autem inſidendo ſibi, & vlcus pcutiendo, Aſinus rudebat, ac ſaltabat. Sed Agaſone procul ſtante, ac ridente, Lupus

præteriēs, ipm vidit, & dixit. miseri nos, quos si tantum viderit, persequit, huic autem & arridet. Fabula significat, maleficos homines, si tantum appareant, dignosci.

De Asino, & Vulpe. CXCI.

Asinus & Vulpes inita inter se societate, exiuerunt ad venationem. Leo vero cum occurrisset ipsis, Vulpes imminēs periculum videns profecta ad Leonem tradituram ei Asinum pollicita est, si sibi impunitatem promiserit. qui cum dimissurum eam dixisset, illa adducto Asino ĩ casses quosdam vt incideret, fecit. sed Leo videns illum fugere minime posse, primam Vulpem, comprehendit, deinde sic ad Asinum versus est. Fabula significat eos, qui sociis insidiantur, sæpe & se ipsos nescios perdere.

De Gallina, & Hirundine. CXCII.

Gallina Serpentis ouis ĩuentis diligenter calefacta excudit. Hirundo autem cum eam vidisset, ait: o demens quid hæc nutris? quæ cum excreuerint a te prima iniuriam auspicabunt? Fabula significat, implacabilem esse prauitatem, licet afficiatur maximis beneficiis.

De Camelo. CXCIII.

Cum primũ visa est Camelus, hoĩes pterriti, & magnitudinē admirati, fugiebãt: vbi vero pcedēte tpe cognouerũt ipsius mansuetudinē, cõfisi sunt eo vsq;, vt ad eã accederēt. at intellecto paulo post belluæ nõ ĩesse bilē, eo cõtēptus iere, vt & frena ei ĩponerent, & pueris agēdã traderent. Fabula significat, terribiles res consuetudine contemptibiles fieri.

De Serpente. CXCIIII.

Serpens a multis hoĩbus pessundatus Ioue postulauit. Iupiter aũt ad eũ dixit, sed si q prior cõculcauit, pupugisses,

nequaq̃ id facere secundus aggressus fuisset. Fabula signifi cat, eos qui prius inuadentibus resistunt, aliis formido//losos fieri.

De Columba. CXCV.

Columba siti correpta, vt vidit quodam in loco poculum aquæ depictum, verum rata, atq; multo elata impetu inscia in tabulam offendit, vt & pennis ipsius perfractis in terrã decideret, atq; a quodam occurentium caperetur. Fabula significat, non nullos homines ob vehementes alacritates inconsultò res aggredientes, inicere sese in perniciem.

De Columba, & Cornice. CXCVI.

Columba in columbario quodam nutrita fœcunditate sup biebat, Cornix vero ea audita, ait: sed heus tu, desine hac re gloriari. nam quo plures paris, eo plus mœroris accu//mulas. Fabula significat, ex famulis quoq; eos esse infelicis simos, qui in seruitute multos filios faciunt.

De Diuite. CXCVII.

Diues duas habens filias, altera mortua, p̃ficas cõduxit, cũ vero altera filia dixisset, vt nos miseræ, ipsæ, ad quas perti//net luctus, lamentari nescimus: hæ vero non necessariæ, sic vehementer plangunt: mater ait, ne mirare filia, si hæ ita la mentantur, nam nũmorum gratia id agunt. Fabula signifi cat, non nullos homines ob auaritiam non vereri alienis calamitatibus questum facere.

De Pastore. CXCVIII.

Pastor actis ĩ q̃rcetũ quoddã ouib⁹, strata sub q̃rcu veste, ascẽ dit, & fructũ decutiebat. Oues vero inter edendũ glandes, nesciæ & vestem vna deuorarũt, at cũ Pastor descẽdisset, vt qđ erat actũ, vidit, o pessima ait aĩalia, vos cæteris vellera

ac vestes præbetis, a me vero, qui vos nutrio, & vestem surripitis. Fabula significat, plerosq; hoĩes ob dementiã eos, q nihil attinẽt, bñficio afficere, in domesticos mala operari.

De Homine perfractore statuæ. CXCIX.

Homo quidam ligneum cum haberet Deũ, supplicabat, vt sibi benefaceret, cũ igit̃ hæc faceret, & nihilominus in paupertate degeret, iratus eleuatum ipsum in cruribus, ꝓiecit in pauimentum: illiso igitur capite, ac statim diffracto, auri q̃ plurimũ effluxit, qď iam ille dum colligeret, exclamabat, puersus es, vt puto, & ingratus. colenti enim mihi nequaq̃ ꝓfuisti, verberãti autẽ te, multa donasti bona. Fabula significat, nõ ꝓfuturum te tibi, honorãdo prauum hominem, sed verberando ipsum, profuturum magis.

De Piscatore. CC.

Piscator piscandi rudis, acceptis tibiis, ac retibus perrexit ad mare, & stans super petra quadã, primũ qdẽ sonabat tibiis existimans ad vocis suauitatem pisces assilire, vt vero multum contendens, nihil profecit, depositis tibiis, assumit rete, ac iacto in aquam, multum pisciũ cepit, quibus euacuato reti, vt salientes vidit, ait: o pessimi animantes, cum sonarem tibia, non saltabatis, cum vero cessaui id agitis. Fabula in eos, qui præter rationem, & importune aliquid agunt.

De Coruo. CCI.

Coruus ægrotans ait Matri, Mater ꝑcare Deũ, nec lamentare, ea vero suscipiens, ait: quis Deus o Fili miserebit̃ tui? cuius. n. tu carnes nõ es furatus? Fabula significat, qui in vita multos inimicos hñt, amicũ ĩ necessitate ĩuẽturos neminẽ.

De Aquila. CCII.

Super petra Aquila sedebat, Leporem captura, hanc au//

tem quidam percussit sagitta, quæ intra ipsam ingressa est, sed crena cũ pẽnis ante oculos stabat, quam cum vidisset, & hoc mihi altera mœstitia, ꝙ propriis pennis interream. Fabula significat, durũ esse, cũ quis a suis periculũ patiat̃.

De Verme, & Vulpe. CCIII.

Qui sub cœno cælabatur Vermis sup terram egressus dicebat omnibus animalibus, Medicus sum medicaminũ doctus, qualis ẽ Pæon Deoꝝ medicus: & quomodo ait Vulpes alios curas, te ipsum claudũ non curas? Fabula significat, nisi præsto experiẽtia fuerit, omne verbum inane esse.

De Gallina auripera. CCIIII.

Gallinam quis habens oua aurea pariẽtẽ, ratus intra ipsam auri massam inesse, occisam aliis gallinis similem reperit. hic multum sperans inuenire diuitiarum, & exiguis illis priuatus est. Fabula significat, oportere contentum esse p̃sentibus, & fugere inexplebilitatem.

De Leone, & Vulpe. CCV.

Leo senio confectus, cum suppeditare sibi cibũ nõ posset, decreuit astu id facere, itaq; profectus in antrum quoddam, & deiectus simulabat ægrotare. Aduenientes igitur animantes visitatiõis gratia, comprehẽsas deuorabat. Multis igitur absumptis animãtibus Vulpes ea arte cognita, accessit ad ip̃m, & stãs extra speluncam rogitabat quomõ se haberet, cum aũt is dixisset, male, cámq; rogaret, quamobrẽ nõ ingrederet̃. Vulpes ait, q̃a me vestigia terrẽt omnia ad introrsum spectantia, nulla retrorsum. Fabula significat, prudentes homines coniecturis præuisa pericula euitare.

De Lupo, & Grue. CCVI.

Lupus gutturi osse infixo mercedẽ Grui præbiturũ dixit, si

capite iniecto, os ex gutture sibi extraxerit. Hæc autem eo extracto quippe quæ procero esset collo, mercedem efflagitabat, qui subridendo, dentesq; exacuendo, sufficiat tibi ait illa sola merces, quod ex ore Lupi & dentibus saluum caput, & illæsum exemeris. Fabula in viros, qui a periculo seruati bene de se meritis eam gratiam referunt.

De Culice, & Leone. CCVII.

Culex ad Leonẽ accedens, ait, neq; timeo te, neq; fortior me es, sin minus, qđ tibi est robur? q laceras vnguibus, & mordes dentibus? hoc & fœmina cum viro pugnans facit: ego vero longe te sum fortior. si vero vis, veniamus ad pugnã. & cum tuba cecinisset, Culex inhæsit mordens circa nares ipsius leues genas. Leo autẽ propriis vnguibus dilaniauit se ipsum, donec ĩdignatus est. Culex aũt victo Leone cum sonuisset tuba, & epiniciũ cecinisset, euolauit. Araneæ vero vinculo implicitus cum deuoraret̃, lamentabat̃, q cum maximis pugnans, a vili animali Aranea occideretur. Fabula in eos, qui pſternunt magnos, & a paruis prosternũt̃.

De Asino. CCVIII.

Asinus pelle Leonis indutus, leo putabat̃ ab oĩbus, & fuga quidem erat hominum, fuga aũt & gregum. postq̃ autem vento flante pelle priuatus est, & nudus factus est ex hoc tegmine, tunc omnes & clauis, & fustibus verberabant. Fabula declarat, q pauper existens non imiteris, quæ sunt diuitum, ne irridearis, & pericliteris magis.

De Puero oues pascente. CCVIIII.

Puer quidam, quum eminentiori in loco oues depasceret, sæpius clamabat, heus o a Lupis mihi succurrite. Qui circũ aderant cultores agrorum cultum omittentes, ac illi occur

rentes,atq; nihil esse comperientes,ad opera sua redeunt. Quum sæpius Puer id ioci causa fecisset,ecce quum Lupus pro certo adesset, Puer,vt sibi succurrat,serio clamat: Agricolæ id verum non esse putantes,quũ minime occurrerent, Lupus oues facile pdidit. Fabula significat,vt qui cognoscit mentiri,quũ verꝝ dixerit,ei amplius nõ credat.

De Coruo,& Vulpe. CCX.

Coruus,quum carnium frustum rapuisset, arborem quandam supersedit. Vulpes eum suspiciens,atq; carnes sibi cupiens,illum arte aggreditur: stans igitur sub arbore, Coruũ laudare occipit,aiens: o q̃ magna auis est hæc,q̃ speciosa, q̃ venatrix, q̃ formosa, hãc decuit esse auium Regem. Nam omnia regia super alias sibi sunt aues, si modo vocẽ haberet. his laudibus Coruus iflatus,& dici mutus haud valens pati vlterius,dum magna voce crocitat, carnes humi decidunt,illas quum Vulpes rapuisset,conuersa inquit ad Coruum, heus Corue oĩa decora teneres,modo mente haud careres. Fabula significat,eos, qui adulatoribus nimium credunt,in aduersa sæpius incidere.

De Leone,& Tauro. CCXI.

Leo grãdem Tauꝝ per insidias sequẽs,quum prope accessit, eum vocauit ad cœnam inquiens. Amice ouem occidi,hodie mecum si placet cœnabis. Taurus Leoni morẽ gerens aduenit:q quũ multos lebetes,& magnos,& plures obeliscos paratos cõspiceret;& ouẽ ibi nullam adesse e vestigio abiit,quẽ Leo abeuntẽ pspiciẽs, cur recederet iterrogauit. cui Taurus haud iurbãe respõdit:nõ ab re eqdẽ abeo,quũ nõ ad ouẽ hæc,sed ad Tauꝝ coquẽdũ videã esse parata. Fabula signãt hoĩes prudẽtes iproboꝝ artes minime latere.

De Leone, & Rustico. CCXII.

Leo cuiusdam rustici filiá amabat, illam quum habere cuperet, patrem virginis rogauit, vt sibi nubere ipsam assentiret. Excepit Rusticus nullo pacto se assensurum filiam bestiæ nubere, quum illum Leo torue aspiceret, ac dentibus frenderet. Rusticus mutato consilio ait, se cupere ei filiá spondere modo dentes, & vngulas prius cæderet, euelleretq;, quoniam virgo illis rebus longe terreretur. Leo id postq̃ præ nimio amore fecit, rusticum adiens, natam sibi dari postulauit. At Rusticus Leonem quum vngulis, & dentibus perspexit inertem, arrepto fuste illum frequens verberando insequebatur. Fabula indicat, eum, qui inimicis se committit de facili perire.

De Musca. CCXIII.

Musca quæ in ollam carnium deciderat, quum se in iure suffocari sensit, secum ipsa ait, ecce tantũ bibi, tantũ comedi, tantum me laui, qđ iure satura mori possum. Fabula significat, Prudentis esse, id potenti animo ferre, quod vitari minime potest.

De Ioue. CCXIIII.

Iupiter, quum nuptias celebraret, cuncta animalia sibi munera obtulerunt, quæq; pro viribus suis. Serpens vero rosam legit, illamq; ore gerens Ioui obtulit. At Iupiter vt eum aspexit, palam inquit, ab omnibus equidem dona libenter accipio, verum a Serpente id haud quaq̃ facio. Fabula significat, Improborum munera non esse sine dolis, quéuis prudentem sibi persuadere debere.

Æsopi Fabularum. CCXIIII. Finis.

LAVRENTII Vallensis in.xxxiii. Æsopi fabulis e Græco in Latinum sermonẽ versis ad Clarissimum uirum Renaldum Fonal. præfatio.



Promiseram nuperrime tibi Coturnices, quas ipse venatus essem missurus. Eas capere, vt homo venandi insuetus quõ nõ possem, ad venationem meam. i. literas me conuerti, & forte ad manus venit libellus græcus ex præda nauali tres & triginta Æsopi fabellas continens, has omnes bidui labore venatus sum. Mitto igitur ad te siue fabellas, siue mauis Coturnices, qbus oblectare te possis, ac ludere. Etenim si Octauianum, Marcumq; Antoniũ, orbis terraꝝ principes ludo Coturnicum delectatos accepimus. profecto tu vir literarum amãtissimus literato hoc genere ludẽdi delectaberis. Et si quis Octauiano aut M. Antonio pugnacem aliquá haꝝ auium dono dedisset, iucundam illis rẽ, gratamq; fecisset. Ego quoq; tibi iucũdus, gratusq; ero. q; plus triginta eius generis aues dono mitto pugnaces, victrices, & si forte hoc te magis iuuat, & pingues. Oblectãt enim hæ fabellæ & alunt, nec minus fructus habent q̃ floris. Sed ne donũ suũ laudare insolentis sit, finem faciá. Tu si Coturnices veras, q̃ has fabellas malis rescribe, mittam nanq; non modo Coturnices, sed & Perdices. Ex vrbe Caieta. Calen Maii. MCCCC. XXXVIII.

De Vulpe, & Capro. Fabula. I.

Vulpes, & Caper sitibũdi in puteũ descẽderunt, in quo quũ perbibissent, circunspicienti reditum Capro Vulpes ait.

Bono animo esto Caper. Excogitaui hanque quo pacto vterq; reduces simus. Si quidem tu eriges te rectum, prioribus pedibus ad parietem admotis, cornuaq; adducto ad pectus mēto reclinabis, & ego ꝑ terga, cornuaq; tua transiliens, & extra puteū euadens, te istinc postea educam. Cuius consilio, fidem habenti Capro, atque vt illa iubebat, obtemperanti, ipsa e puteo prosiliit. Ac deinde præ gaudio in margine putei gestiebat, exultabatq;, nihil de Hirco curam habens. Cæterum, quum ab Hirco, vt fidifraga incusaretur, respondit. Enimuero Hirce, si tantum esset tibi sensus in mente, quantum est setaꝶ in mento, non prius in puteum descendisses, q̃ de reditu exploratū habuisses. Hæc fabula innuit, Virum prudentem debere finem explorare, antequam ad peragenda veniat.

De Vulpe, & Leone. II.

Vulpes nullum antea Leonem conspicata, quum illi alternus ex improuiso obuiasset, ita aspectum eius expauit, vt parum abfuerit, quin extingueretur. Quod quum iterū postea accidisset, ad aspectum quidē Leonis est exterrita, sed non ita, vt prius. Tertio autem, quum Leonem eundē esset intuita, non modo non exterrita, sed etiam fidenter adiens, secum collocuta est, & confabulata. Hæc fabula innuit, quod consuetudo, & conuersatio facit, vt quæ maxime horribilia, & formidanda sunt, neque horrida, neq; formidolosa videantur.

De Gallis, & Perdice. III.

Gallos Quidam domi suæ quum haberet, mercatus est Perdicem, eamq; alendam, & in societatem Gallorum dedit vna cum illis saginandam, eamq; Galli pro se quisq; mor-

dicabant,abigebantq;. Perdix autem apud se affligabatur. existimans ideo talia inferri sibi a Gallis, quod suum ab illorum genere alienum esset. Vbi vero nō ita post aspexit & illos inter se pugnantes, mutuoq; percutientes, recreata a mœrore inquit. Equidem post hoc non affligabor amplius, videns eos inter se dimicantes. Hæc fabula innuit, Virum prudentem debere æquo animo ferre contumelias ab alienigenis illatas, quos vident, ne a domesticorū quidem iniuria abstinere.

De Vulpe, & Capite reperto. IIII.

Vulpes aliquādo in domum Citharœdi ingressa, dum oīa instrumenta musica, omnemq; supellectilē scrutaretur, reperit e marmore Caput scienter, fabreq; factū. Quod quū in manu sumpsisset īquit. o Caput cū magno sensu factum, nullū sensum obtinēs. Hæc fabula, ad eos spectat, qui corporis dignitatem habent, animi industriā non habent.

De Carbonario, & Fullone. V.

Carbonarius conducta in domo habitans, Fullonem inuitauit, qui eo loci ꝓxime venisset, vt eisdem ī ædibus vna habitarent: ad quē Fullo: o homo non est istud factū conducibile. Vereor enim, ne quidquid ipse candidifacerem, id omne tu carbonaria aspergine fuscares. Hæc fabula īnuit, nullum cum flagitiosis habendum esse commercium.

De Viro iactabundo. VI.

Vir quidam aliquandiu peregrinatus, quum iterum domū reuertisset, quū multa alia in diuersis a se viriliter gesta iactabūdus prædicabat, tum vero id maxime, quod Rhodi omnes in certamine saliendi superasset, eiusdem rei Rhodios, qui affuerunt testes esse, ad quem unus assistentium

respondens inquit. o homo si verum istud est quid loqueris? quid tibi opus est testibus? Ecce hic Rhodus. Ecce hic certamen saliendi. Hæc fabula innuit, q̄ vbi rerum testimonia adsunt, nihil opus est verbis.

De Viro Apollinem tentante. VII.

Vir quidam facinorosus Delphos se contulit Apollinem tentaturus, habensq; passerculum sub pallio, quem pugno tenebat: & accedens ad tripodem, iterrogabat Deum dicens. Quod habeo in dextra viuit, an ne mortuum est? prolaturus passerculum viuum, si ille mortuum respōdisset. Occidisset enim statim sub pallio clam priusquam proferret. At Deus subdolam calliditatem hominis intelligēs dixit. O consultor vtrum mauis facere (penes te nanq; arbitrium est) facito, & siue viuum siue mortuū, quod in manibus habes, proferto. Hæc fabula innuit, mentem diuinam nihil, neq; latere, neq; fallere.

De Piscatore. VIII.

Piscator quidam, demissis in mare retibus extulit Smaridem pusilli corporis, quæ sic Piscatorem obsecrabat. Noli me in præsentiarum capere pusillam & minutam. sine abire & crescere, vt postea sic adulta commodo maiore potiaris, cui Piscator inquit. Ego vero amens sim, si lucrum quod inter manus habeo, licet exiguum prætermittam, spe futuri boni, quantumlibet magni. Hæc fabula innuit, Stolidū esse, qui propter spem maiorem, rem præsentem, & certam licet paruam non amplectitur.

De Equo, & Asino. IX.

Vir quidam habebat Equum, & Asinum. In itinere autem faciendo inquit Asinus Equo. Si me saluum vis, releua a

me partem

me partem oneris mei. Equo illius verbis non obſequēte, Aſinus ſub onere cadens, moritur. Tunc Dominus iumētorum, omnes, quas portabat Aſinus ſarcinas, ſimulq; corium, quod a mortuo exuerat, Equo imponit: quo onere depreſſus Equus, & gemēs cum clamore inquit. Væ mihi iumentorum infeliciſſimo. Quid mihi miſero mali euenit? Nam recuſans partem, nunc totum onus porto, inſup & illius corium. Hæc fabula innuit, maiores debere in laboribus participes eſſe minoribus, vt vtriq; īcolumes ſint.

De Viro, & Satyro. X.

Vir quidam cum Satyro amicitiam inierat, qui quum edendi gratia ſederent, exorta cæli tēpeſtate, ac frigore, Vir manus ad os admouens anhelitu refocillabat, quod intuens Satyrus, interrogabat, quamobrē id faceret. Ille inqt calore oris algentes manus refocillo: pauloque poſt, calidiori edulio allato, cum Vir iterum ad os manum quum edulio admouens, calorem cibi tenui inſpiratiōe refrigeraret. Interrogat Satyrus, quamobrem & id faceret. Reſpondente autem Viro, vt refrigeret edulium. atq; ego inquit Satyrus, tecum poſthac amicitiam non exercebo, qui ex vno ore, & calidum promis & frigidum, Vale. Hæc fabula innuit, deuitandam eius amicitiam eſſe, cuius anceps vita eſt, & non ſimplex ſermo.

De Vulpe, & Pardo. XI.

Vulpes, & Pardus de pulchritudine altercabātur, & Pardo ſuam verſicolorem pellem extollēte. Vulpes quū ſuā ꝑponere non poſſet, inquit. At quāto ego ſpecioſior, q̄ nō corpus, ſed animū verſicolorē ſortita ſum. Hæc fabula innuit, pulchritudinē animi antecellere pulchritudini corporis.

De Fele in Fœminam mutata. XII.

Felis quædam delitium formosi erat cuiusdam adulescentis. Hanc ille vt in Fœminam mutaret, Venerem deprecatus est. Dea miserta cupiditatis adulescentuli, conuertit bestiã in speciosam puellam, cuius forma inardescens adulescentulus, adducit illam secum domũ. Quibus considentibus in cubiculo, Venus volens periculum facere, nũquid illa cum corpore mutasset & mores, murem immisit ĩ mediũ. At illa & eorum, qui aderant, & cubiculi nuptialis immemor, e cubili surgens, murẽ insequebatur, illum comedere cupiens. Tunc Dea indignata, iterum in suã restituit naturam. Hæc fabula innuit, scelestos homines, & si cõditionẽ, statumq; mutent, tamen mores nequaq̃ mutare.

De Agricola, & Canibus. XIII.

Agricola quidam hiberno sidere in agro deprehensus, deficientibus cibariis, primum interfectis singulis ouibus, illarum carnibus vescebatur, mox & caprarũ, postremo operariis bobus interemptis alebatur. Quod Canes quum animaduertissent, inter se collocuti sunt, dicentes. At nos hinc faciamus fugam. Si enim operariis bobus Dominus noster non pepercit, ne nobis quidem parcet. Hæc fabula innuit, fugiendos eos esse, & cauendos, qui a familiaribus quoq; manus non abstinent.

De Agricola, & Filiis. XIIII.

Agricola Filios suos videns quotidie digladiantes, neq; in gratiam inter se reducere potis eẽt, iussit fasciculum virgarum sibi afferri. aderant autem Filii illuc sedentes: q̃ quum allatæ essent, colligauit oẽs ĩ vnum fasciculum, iussitq; singulos Filiorum fasciculũ capere, atq; confringere. Illis ve-

ro confringere non valentibus, soluens postea fasciculum, tradidit singulas virgas eis frãgendas. Atq; illis statim, faci leq; frãgentibus intulit. Ita & vos Filii mei, si vnanimes p stiteritis, inexpugnabiles vos hostibus, inuictosq; præbe/bitis. Sin minus, ipsa vestra æmulatio, atq; seditio opor/tunam vos prædam inimicis faciet. Hæc fabula innuit, æque res humanas facere, vel a concordia incremẽtũ, vel discordia iacturam.

De Muliere, & Gallina. XV.

Mulier quædam vidua habebat Gallinam quotidie singula oua parientem. Sperans autem pro singulo bina oua pari turam, si plus tribuisset escarum, opipare educabat. Galli/na vero pinguior effecta, ne unum quidem ouum parturi re poterat. Hæc fabula ĩnuit, quod homines propter luxũ, & copiam rerum marcescentes ab instituto retardantur.

De Morso a Cane. XVI.

Admorsus a Cane quidã circuibat, singulos corrogans cu/rationem. Nactusq; quendam est, qui cognita mali quali tate, inquit. Si tu quidem Homo conualescere vis, sume crustulam panis madefactam in sanguine vulneris, & por rige Cani, qui te momordit comedendam. Cui ille deri/dens inquit. Ego me hercle si istud fecero, dignus sum, qui ab omnibus huius vrbis canibus mordear. Hæc fabula in nuit, improbos homines, quum maxima beneficia accepe rint, tum maxime ad maleficia animari.

De duobus Amicis, & Vrso. XVII.

Duobus Amicis vna iter faciẽtibus, fit Vrsus obuiã, quorũ vnus perterritus in arborẽ scandens latuit. Alter vero, cũ se imparẽ Vrso fore, & si pugnare vellet, supatũ iri ĩtellige

ret, pcidens simulabat se mortuũ eẽ. Vrsus aũt adueniens aures, & occipitiũ olfaciebat. Illo, qui stratus iacebat usq; cõtinente respirationẽ, ita mortuũ esse credens Vrsus abiit. A iunt. n. Vrsum nõ sæuire in cadauer. Mox Alter, qui inter frondes arboris latuerat, descẽdẽs interrogat Amicum quidnã ad aurem Vrsus secum esset locutus. Cui Amicus inqt. Admonuit me, ne posthac cum huiusmodi Amicis iter faciam. Hæc fabula innuit, deuitandos eos amicos, qui periculoso in tpe, ab auxilio præstando reuocant pedem.

De Adulescentibus, & Coco XVIII.

Duo adulescentes obsoniũ a Coco mercati cõiter erãt. Cæterũ quũ Cocus quibusdã negotiis domesticis intẽderet, vacaretq;. Alter adulescẽtũ ptẽ obsonii in alterius sinũ immisit. Conquirẽti aũt Coco qui carnẽ substulerat, iurabat se nõ habere. Qui vero hẽbat, iurabat se nõ abstulisse. Cocus vero intellecta adulescẽtum astutia, inqt. Et si me latet fur, tamẽ eũ, quem iurastis Deum non latebit. Hæc fabula innuit, q; si hoĩes cælamus, Deũ nequaq̃ cælare poterimus.

De Arundine, & Olea. XIX.

Disceptabãt Arũdo, & Olea de constantia, de fortitudine, & de firmitate. & Olea qdem probra Arundini ingerebat, vt fragili, & ad oẽm ventum vacillanti. Arundo autem obticebat, nõ longum tẽpus expectans. Nam cum ventus vehemens ingruisset, Arundo agitabat̃, refellebaturq;. Olea vero quum violentias ventorum reluctari vellet, confracta est. Hæc fabula innuit, eos qui fortioribus ad tempus cedunt potiores esse iis qui non cedunt.

De Tubicine. XX.

Erat Tubicen, qui in militia signũ caneret. Is interceptus ab

hoībus,ad eos, qui circūſiſtebāt proclamabat. Nolite me o viri innocuum,inſontemq; occidere. Nullū enim vnq̄ ego occidi. Quippe nihil buccinam aliud quam hanc tribam habeo:ad quem illi viciſſim cum clamore reſponderunt. Tu vero hoc ipſo magis trucidaberis, q̄ quū ipſe dimicare nequeas, cæteros potes ad certamen impellere. Hæc fabula innuit, q̄ præter cæteros peccant,qui malos,& importunos Principes perſuadent ad inique agendum.

De Aucupe,& Vipera. XXI.

Auceps quidam ſumptis aucupatoriis retibus,ad venādum pceſſit,viſoq; Turdo in cacumine arboris ſedente,cōpoſitas artificioſe arundines cum reti ad auem clanculū admouebat,ſperās illam ſe venari poſſe. Quod quū agit, in altū intuens,iacentē Viperam pedibus offendit,quæ exaſperata dolore,hoīem momordit. At ille iam defidens, me miſerum inquit, qui quum alterum venari volo,ipſe ab altero captus pereo. Hæc fabula innuit,fraudulentos homines īſidias ſuas occultare,ſæpe tamen ab aliis idem ſuſtinere.

De Caſtore virilia ſibi amputante. XXII.

Caſtor præter cæteros quadrupedes in aqua durare dicitur, eiuſq; genitalia ad artem medicā ſane vtilia eſſe. Tunc vbi videt ſe ab indagantibus hoībus captū iri(nouit enim quā obrem indagetur)ipſe ſibi genitalia præcidit, eaq; ad inſequentes proiiciēs hoc modo incolumis euadit. Hæc fabula innuit,huius exemplo prudentes debere pro adipiſcenda ſalute nullam rationem habere fortunarum.

De Delphino,& Thunno. XXIII.

Thunnum quum delphinus inſequeretur præcipiti curſu, & iā iā capiēdus eſſet,in anfractū quēdā ſe intruſit. Delphi

nusq; ad alterũ similẽ impetu ipso illisus est, ad quẽ Thunnus respiciens, iamq; expirantem videns, inquit. Iam mihi mors non est molesta, videns eum, qui mihi causa mortis est mecum moriẽtem. Hæc fabula innuit, æquo animo ferre homines calamitates, quum eos propter quos in calamitate sunt, calamitosos aspiciunt.

De Cane, & Lanio. XXIIII.

Canis qdã insiliit in Macellũ, Lanio in aliqua re occupato, & erepto pecoris corde fugiebat. ad quem Lanius conuersus, fugiẽtemq; aspiciens inquit, o Canis vbicũq; fueris te obseruabo, non enim substulisti, sed mihi cor dedisti. Hæc fabula innuit, iacturam semper esse hominibus doctrinã.

De Vate quodam. XXV.

Vaticinator qdã in foro sedẽs sermocinabat͂, quum qdã sibi p̃sto fuit, trepidãsq; denunciat fores domus eius refractas eẽ, oĩaq; direpta, q̃ in domo fuissent: ad quem nuntium Vaticinator gemens, ꝓperansq; cursu se domum recipiebat: quem currentem quidã intuens, o tu inquit, qui aliena negotia te diuinaturũ ꝓmittis, certe tua nõ diuinasti. Hæc fabula ad eos spectat, qui res suas non recte administrantes, alienas, q̃ nihil ad eos ꝑtinẽt, ꝓuidere, & cõsulere conãtur.

De Ægroto, & Medico. XXVI.

Aegrotus qdam a Medico ĩterrogatus, quonã modo se habuisset. præter modũ r̃ndit in sudorẽ se fuisse resolutum. Cui Medicus, istud inqt bonũ est. Secũdo vero ab ipso iterũ interrogatus, quonã mõ se haberet. r̃ndit algoribus correptus, diu vexatus sum, & id quoq; Medicus inqt bonũ est. Tertio, quũ ab eo Medico interrogaret͂, r̃ndit, ꝓfluuio corpis debilitatus sum. Istud ẽt bonum est inqt Medicus.

Postea autem a familiari quodam interrogatus, quo mo/do habes o amice? respõdit, etiam, atq; etiã bene habeo, sed morior. Hæc fabula innuit, arguendos assentatores.

De Asino, & Lupo. XXVII.

Asinus calcato ligni aculeo claudicabat, conspectoq; Lupo ait, o Lupe en præ cruciatu morior, futurus esca, aut tua, aut Vulturum, aut Coruoꝝ. Vnũ modo abs te munus flagito. Educ prius de pede aculeum, vt moriar saltẽ sine cru/ciatu. Tunc Lupus summis dentibus aculeum mordicus prehendens eduxit. Asinus vero doloris oblitus, ferratos calces in faciem Lupi impegit, fractisq; illius fronte, nari/bus, dentibus, aufugit. Lupo se ipm̃ accusante, ac merito sibi id euenisse dicente. ꝙ qui didicerat esse Lanius iumentorum, nunc illorum volebat esse Chirurgicus. Hæc fabula innuit, ꝙ qui sua artificia deserunt, transferentes ad aliena ipsis non apta, & in derisum veniunt, & in discrimen.

De Aucupe, & Merula. XXVIII.

Auceps tetẽderat volucribus retia, hũc eminus intuẽs Merula ꝑcõtabatˀ, qd negotii ageret, ille rñdit se cõdere vrbem, abiitq; lõgius, & sese abdidit. Merula vero illius verbis fi/dẽ hñs, accedẽs ad escã iuxta retia oppositã, capta est. accurrenteq; Aucupe, inqt, o hõ, si tu qdẽ talẽ urbẽ cõdis, haud multos íuenies incolas. Hæc fabula innuit, eo maxime mõ rẽ priuatã, & rẽ publicã destrui, quũ p̃sides sæuitiã exercẽt.

De Viatore. XXIX.

Viator lõgũ ingressus iter, vouit si qd inuenisset, eius dimi/diũ Ioui se oblaturũ. Inuẽta aũt postea in itinere Pera pal/mulaꝝ, amygdalarũq; plena, comedit oẽs palmulas, amygdalasq;. Sed haꝝ nucleos, illarum putamina, & cortices, ad

aram quādam obtulit, inquiens, habes Iupiter quod tibi voueram, quod enim inueni, eius & interiora, & exteriora tibi offero. Hæc fabula innuit, auarum propter pecuniæ cupiditatem, etiam Diis moliri fallacias.

De Puero, & Matre. XXX.

Puer quidā in schola condiscipuli furatus tabellam alphabetariam, attulit matri suæ, a qua non castigatus quotidie magis furabatur. Procedente autem tēpore, cœpit furari maiora. Tandem a magistratu deprensus, ducebatur ad supplicium, Matre vero sequente, ac vociferante. rogauit ille satellites, vt paulisper cum ea ad aurem loqui permitterēt, qbus permittētibus, & Matre festinabunda aurem ad os filii admouente. Ille auriculam maternam dētibus euulsit: & quū mater, cæteriq; increparent, nō modo vt furem, sed in parentem suam impium, inquit. Hæc mihi, vt perderer, causa extitit. Si enim me tabellam alphabetariam furatum increpasset, siue castigasset, nequaq̃ ad vlteriora ꝓgressus, nunc ad suppliciū ducerer. Hæc fabula īnuit, quod qui inter initia peccādi nō coercent̄, ad grauiora flagitia euadūt.

De Pastore artem nauticam exercēte. XXXI.

Pastor in loco maritimo gregē pascebat, qui cū videret mare tranquillū, īcessit cupido nauigationē faciēdi ad mercatū. Itaq; venūdatis ouibus, emptisq; palmaꝝ sarcinis nauigabat. Oborta aūt vehemēti tēpestate, & naui mergi periclitante. oē pōdus nauis in mare deiecit, vixq; euasit, exonerata naui. Cæterū post dies non paucos veniēte quodam, & tranquillitatem maris admirante (erat enim sane tranqllū) respondens inquit, palmulas iterum vult, quantum intelligo, ideoq; immotū sese fore ostendit. Hæc fabula innuit,

eruditiores effici homines, damno, atq; periculo.

De Filio cuiusdam Senis, & Leone. XXXII.

Filium Senex quidã habebat vnicũ, generosi animi, & venaticorum canũ amatorem: hunc per quietẽ viderat a Leone trucidari. Territus, ne forte somnium hoc aliquãdo sequeretur euentus, extruxit domũ quãdam quãpolitissimã, & laquearibus ac fenestris amœnissimã. Illuc inducẽs Filiũ, assiduus illi custos inhærebat. Depinxerat.n.ea in domo ad oblectationem Filii omne animalium genus, in quibus & Leonem. Adulescens hæc inspiciens eo amplius molestiæ cõtrahebat. Quadam autẽ vice propius stans Leoni inqt, o truculentissima fera, ꝑpter te, & ꝑpter inane somnium patris mei in hac domo asseruor, velut ĩ carcere. Quid tibi faciã? & hæc dicẽs, manũ parieti incussit, oculum Leonis eruere volens, & in clauo qui illic latebat offendit: qua ex ꝑcussione manus emarcuit, succreuitq; sanies, & febris subsecuta est, breuiq; tẽpore Adulescẽs ẽ mortuus. Ita Leo adulescẽtẽ occidit, nihil adiuuãte patris sophismate. Hæc fabula innuit, quæ ventura sunt, deuitare posse neminem.

De Caluo crines externos gerẽte ꝑ natiuis. XXXIII.

Caluus qdam mentitos crines gerẽs, dum equo vehebat̃, ecce sibi validior vẽtus illos de capite sustulit. risus statĩ magnus a præsistẽtibus excitabat̃, & ille inhibito cursu, ad illos inqt, qd miꝝ si crines, qui nõ erant mei, a me recesserũt. Illi quoq; recesserũt, q mecũ fuerãt nati. Hæc fabula ĩnuit, nõ debere nos mœrere ob amissas opes. Quod.n.nascẽtes a natura nõ accepim⁹, id nõ põt nobiscũ ꝑpetuo ꝑmanere.

Æsopi Fabularum.xxxiii. Finis.

Ex quadam Epiſtola Thadæi Vgoleti ad D. Peregrinum Poſthumum Loticum præſbyterum Parmenſem.



Vod autem quæris Romulus ne Æſopi fabellas ſoluta oratione: an carmine Elego latinas fecerit, vt pleriq; omnes opinantur paucis reſpondebo, ne in minima re, ac parum vtili obſeruationis pene puerilis cri/mine accuſer, tanq̃ e muſca facturus Elephantum. Romulus hic homo, vt illa ferebant tēpora, haud indoctus Æſo/pi fabellas, abſq; controuerſia, ſoluta oratione interpreta//tus eſt, quemadmodum in multis cum publicis, tum pri//uatis bibliothecis vidimus: quarum nomina citare nolui/mus, vt aliter credentes opinioni ſuæ libentius faueāt: per/ſuaſumq; habeant (ſi diis placet) fabellas Æſopi Elego car mine ſcriptas Romuli eſſe interpretationem: cum tamen conſtet Salonem municipalem noſtrum illorum eſſe au/torem. Quod ne dum veteres inſcriptiones teſtantur: ſed & codex vetuſtus de vita Æſopi, qui eſt apud Thomā Ma ctecodam bonarum literarum profeſſorem haud ignobi/lem. Eius codicis verba adſcripſi, ne quis id a me forte fi//ctum ſuſpicetur.

¶ Salo autem poeta Parmenſis dum ſtuderet Athenis eaſdē fabulas de græco in latinum noſtris moribus aptando me trice compoſuit.

¶ PROLOGVS SALONIS POETÆ PARMENSIS IN FABVLAS ÆSOPI.

T iuuet & prosit conatꝰ pagina præsens:
Dulcius arrident seria picta iocis.
Hortulus iste parit fructũ cũ flore: fauorẽ
Flos & fructus emunt. hic nitet. ille sapit.
Si fructus plus flore placet, fructum lege, si flos
Plus fructu: florem. si duo: carpe duo.
Ne mihi torpentem sopiret inertia sensum:
In quo peruigilet mens mea mouit opus.
Vt messis pretium de vili surgat agello,
Verbula sicca deus complue rore tuo.
Verborum leuitas morum fert pondus onustũ,
Et nucleum cælat arida testa bonum.

De Gallo, & Iaspide. I.

Dum rigido fodit ore fimũ, dũ quæritat escam,
Dum stupet inuenta iaspide gallus ait.
Res vili pretiosa loco, natiq; decoris,
Hac in sorde manens, nil mihi messis habes.
Si tibi nunc esset, qui debuit esse, repertor.
Quem limus sepelit viueret arte nitor.
Nec tibi conuenio: nec tu mihi: nec tibi prosum:
Nec mihi tu prodes, plus amo cara minus.
¶ Tu gallo stolidum, tu iaspide pulchra sophiæ
Dona notes. stolido nil sapit ista seges.

De Lupo, & Agno. II.

Est lupus, est agnus: sitit hic, sitit ille: fluentem
Limite non vno quærit vterq; siti.

In ſummo bibit amne lupus: bibit agnus in imo.
Hunc timor impugnat, verba mouente lupo.
Rupiſti potumq; mihi, riuoq; decorem.
Agnus vtrunq; negat ſe ratione tuens.
Nec tibi, nec riuo nocui. nam prona ſupinum
Neſcit iter: nec adhuc vnda nitore caret.
Sic iterum tonat ore lupus: mihi damna minaris?
Non minor agnus ait: cui lupus immo facis.
Fecit idem pater ante tuus ſex menſibus actis:
Cum bene patrizes crimine patris obi.
Agnus ad hæc, tanto non vixi tempore, prædo
Sic tonat, an loqueris furcifer? huncq; vorat.
¶ Sic nocet innocuo nocuus, cauſamq; nocendi
Inuenit. hi regnant qualibet vrbe lupi.

De Rana, & Mure. III.

Muris iter rūpente lacu, venit obuia muri
Rana loquax: & opem pacta nocere cupit.
Omne genus peſtis ſuperat mens diſſona verbis,
Cum ſentes animi florida lingua polit.
Rana ſibi filo murem confœderat: audet
Nectere fune pedem, rumpere fraude fidem.
Pes coit ergo pedi: ſed mens a mente recedit.
Ecce natant. trahitur ille. ſed illa trahit.
Mergitur, vt ſecum murem demergat: amico
Naufragium faciens naufragat ipſa fides.
Rana ſtudet mergi, ſed mus emergit, & obſtat
Naufragio. vires ſuggerit ipſe timor.
Miluus adeſt. miſerūq; truci rapit vngue duellū.
Hic iacet: ambo iacent: viſcera rupta fluunt.

¶ Sic pereant qui se prodesse fatentur,& obsunt:
Discat in autorem pœna redire suum.

De Cane,& Oue. IIII.

In causam canis vrget ouem.sedet arbiter:audit.
Reddat ouis panem vult canis.illa negat.
Pro cane stat miluus,stat vultur,stat lupus:instant:
Panem,quem pepigit reddere,reddat ouis.
Reddere non debet,nec reddere iure tenetur.
Et tamen,vt reddat,arbiter instat oui.
Ergo suum,licet obstet hiems,præuendit amictum.
Et Boream patitur vellere nuda suo.
¶ Sæpe fidem falso mendicat ineptia teste.
Sæpe dolet pietas criminis arte capi.

De Cane portante carnem. V.

Dum canis ore gerit carnem.caro porrigit vmbram.
Vmbra cohæret aquis:has canis vrget aquas.
Spem carnis plus carne cupit: plus fœnore signum
Fœnoris.os operit:sic caro:spesq; perit.
¶ Non igitur debent pro vanis certa relinqui.
Non sua si quis auet:mox caret ipse suis.

De Leone,Oue,Capra,& Iuuenca. VI.

Vt ratione pari fortunæ munera sumant.
Sumunt fœdus,ouis,capra,iuuenca,leo.
Ceruus adest,ceruum rapiunt.leo sic ait.hæres
Primæ partis ero.nam mihi primus honor.
Et mihi defendit partem vis prima secundam.
Et mihi dat maior tertia iura labor.
Et pars quarta meum,nisi sit mea,rumpet amorem
Publica solus habet:fortior ima premens.

¶ Ne fortem societ fragilis vult pagina præsens,
Nam fragili fidus nesciet esse potens.

De Fœmina nubente Furi. VII.

Fœmina dum nubit furi, vicinia gaudet.
Vir bonus, & prudens talia verba mouet.
Sol pepigit sponsam. Iouis aures terra querelis
Perculit: & causam cur foret ægra dedit.
Sole necor solo. quid erit si creuerit alter?
Quid patiar? quid aget tanta caloris hiems?
¶ Hic prohibet sermo lætum præbere fauorem:
Qui male fecerunt, vel mala facta parant.

De Lupo, & Grue. VIII.

Arcta lupum cruciat via gutturis osse retento
Mendicat medicam, multa daturus, opem.
Grus promissa petit de faucibus osse reuulso.
Cui lupus, an viuis munere tuta meo?
Nonne tuum potui morsu præcidere collum?
Ergo tibi munus sit tua vita meum.
¶ Nil prodest prodesse malis: mens praua malorum
Immemor accepti non timet esse boni.

De Cane pregnante, & alia cane. IX.

De partu querulam verborum nectare plenam
Pro cane mota canis suscipit æde canem.
Hæc abit, illa manet: hæc cursitat, illa quiescit.
Huic tamen a partu rumpitur illa quies.
Illa redit: reddiq; sibi sua iura, precatur.
Obserat hæc aurem: nec minus aure domum.
Plus pce posse minas putat hæc, plus bella duobus.
Hæc scit posse minas plus prece: bella minis.
Cum dolor hanc armet: plus matrem filius armat.

Cedit sola gregi. iustaq; causa perit.
¶ Non satis est tutum mellitis credere verbis.
Ex hoc melle solet pestis amara sequi.

De Homine, & Colubro. X.

Dum niue canet humus, glacies dũ sopit aquarũ
Cursus: in colubrum turbida sæuit hiems.
Hunc videt, hunc reficit hoĩs clementia. ventum
Temperat huic tecto: temperat igne gelu.
Ore serit virus coluber, sic toxicat ædem.
Hospes ait colubro. non rediturus abi.
Non exit coluber, nec vult exire: sed hæret,
Amplectensq; virum sibila dira mouet.
¶ Reddere gaudet homo nequã ꝑ melle venenũ.
Pro fructu pœnam: pro pietate dolum.

De Apro, & Asello. XI.

Audet asellus aprum risu temptare proteruo.
Audet iners forti dicere: frater aue.
Vibrat aper pro voce caput: nam verba superbit
Reddere. sed dentem vix tenet ira trucem.
Sus tamen ista mouet: vilem dens nobilis escam
Spernit. desidia tutus es ipse tua.
¶ Non debet stolido lædi prudentia risu.
Nec stolidus doctum debet adire iocis.

De Mure rustico, & vrbano. XII

Rusticus vrbanum mus murem suscipit æde.
Commodat & mentem: mensaq; mente minor.
In tenui mensa satis est immensa voluntas.
Nobilitat viles frons generosa dapes.
Facto fine cibis vrbanum rusticus audit.
Vrbani socius tendit in vrbis opes.

Ecce penu subeunt: inseruit amicus amico.
Inuigilant mensæ: fercula mensa gerit.
Commendat, conditq; cibos clementia vultus.
Conuiuam satiat plus dape frontis honor.
Ecce seræ clauis immurmurat: hostia latrant.
Ambo timent. fugiunt, nec tamen ambo latent.
Hic latet: hic latebras cursu mendicat inepto.
Assuitur muro reptile muris onus.
Blanda penu clauso parcit fortuna timori.
Ille tamen febrit teste tremore timor.
Exit qui latuit, timidum sic lenit amicum.
Gaude carpe cibos: hæc sapit esca fauum.
Fatur qui timuit: latet hoc sub melle venenum,
Fellitumq; metu non puto dulce bonum.
Quam timor obnubit non est sincera voluptas.
Non est sollicito dulcis in ore fauus.
Rodere malo fabam: q̃ rodi perpete cura.
Degenerare cibos cura diurna facit.
His opibus gaude, qui gaudes turbine mentis.
Pauperiem ditet pax opulenta mihi.
Hæc bona solus habe: quæ sunt tibi dulcia soli.
Det pretium dapibus vita quieta meis.
Finit verba: redit. præponit tuta timendis.
Et quia summa timet. tutius ima petit.
¶ Pauperies: si læta venit ditissima res est.
Tristior immensas pauperat vsus opes.

De Vulpe, & Aquila. XIII.

Dum vulpes aquilam pro rapta prole perungit.
Melle precum: prædam reddere nescit auis.

Præda

Præda gemit: nidiq; timet cibus esse gulosi.
Sed redimit natos vtilis arte parens.
Arboreum zonat stipulis & vimine truncum.
In stipulam docto dirigit ore facem:
In pullos aquilæ coniurat copia fumi.
Hanc tamen & vulpem prouida placat auis.
¶ Non sit, qui studeat, quia maior, obesse minori:
Cum bene maiori possit, obesse minor.

De Aquila, & Testudine. XIIII.

Pes aquilæ prædo testudinis aera scindit.
Hac sua concha tegit: cornua longa latent:
Hoc monitu cornix aquilam præmunit: ineptum
Fers onus: at fiet vtile crede mihi.
Quod geris in concha cibus est: tibi surripit illum
Concha cibum. cōcham frange: cibusq; cadet.
Vt concham lanies pro viribus vtere sensu.
Hanc, si cella cadet, saxea franget humus.
Ingenium vires superat: prudentia summa est
Credere prudenti, lingua ministra necis.
¶ Decipientis homo subuersus turbine linguæ.
Corruit, & fortes ista procella rapit.

De Vulpe, & Coruo. XV.

Vulpe gerente famem, coruum gerit arbor, & escā
Ore gerens coruus, vulpe loquente, silet.
Corue decore decens cycnum candore parentas.
Si cantu placeas, plus aue quaq; places.
Credit auis, pictæq; placent præludia linguæ.
Dum canit vt placeat: caseus ore cadit.
Hoc fruitur vulpes: insurgunt tædia coruo.

A sperat in medio damna dolore pudor.
¶ Fellitum patitur risum: quem mellit inanis
Gloria. vera parit tædia falsus honor.

De Leone sene. XVI.

Irretit miserum grauitas annosa leonem.
Inglaciat corpus, corq; senile gelu.
Instat aper: pensat veteri pro vulnere vulnus.
Frontis eum telo taurus vtroq; fodit.
Sæuit asellus iners, & frontem calce sigillat.
Hoc solo gemitu vindicat acta leo.
Omnia qui vici me vincunt omnia. dormit
Vis mea: dormit honor: dormit honoris opus.
Cui nocui nocet ecce mihi: multisq; peperci,
Qui mihi non parcunt. pro pietate nocent.
¶ Hunc timeat casum, qui se non fulcit amico.
Nec dare vult felix, quam miser optat opem.

De Catulo, & Domino. XVII.

Murmuris & caudæ studio testatus amorem
Nunc lingua catulus, nūc pede palpat herum.
Gaudet herus, comitq; canem, comitemq; ciborū
Efficit. alludit turba ministra cani.
Arte pari, similesq; iocos, similemq; fauorem
Lucrari cupiens inquit asellus iners.
Me catulo præfert vitæ nitor: vtilē tergum.
Nec placeo fructu: sed placet iste iocis.
Ludam, lude, places: sic ludit tempore viso.
Vt ludo placeat ludit: & instat hero.
Blandiri putat ore sonans: humerisq; priorum
Pressus mole pedum: se putat esse pilum.

Clamat herus: vult clamor opẽ: subit ordo clientũ
Multa domat multo verbere: claua reum.
¶ Quod natura negat, nemo feliciter audet.
Displicet imprudens vnde placere studet.

De Leone, & Mure. XVIII.

Frigida sopito blanditur silua leoni.
Cursitat hinc murum ludere prompta cohors.
Pressus mure leo murem capit: ille precatur.
Iste precem librat. supplicat ira preci.
Hæc tamen ante mouet animo, qd mure perẽpto
Laudis emes? summum vincere parua pudet.
Si nece dignetur murem leo: nonne leoni
Dedecus: & muri cœperit esse decus?
Si vincat minimum summus: sic vincere uinci est.
Vincere posse decet: vincere crimen habet.
Si tamen hoc decus est, & laus sic vĩcere: laus hæc:
Et decus hoc, minimo fiet ab hoste minus.
De pretio victi pendet victoria. victor
Tantus erit, victi gloria quanta fuit.
Mus abit: & grates reddit, si reddere possit
Spondet opem: solus fit mora parua dies.
Nam leo rete subit, nec prodest viribus vti.
Sed prodest querulo murmure damna loqui.
Mus redit: hunc reperit: cernit loca: vincula rodit:
Hac ope pensat opem: sic leo tutus abit.
Rem potuit tantam minimi prudentia dentis.
Cui leo dans veniam se dedit ipse sibi.
¶ Tu qui summa potes ne despice parua potentẽ:
Nam prodesse potest si quis obesse nequit.

Morbi mole iacet miluus,matremq; precatur,
Vt superis pro se det sacra,detq; preces.
Mater ait:mi nate deos,& sacra deorum
Turbasti:recolunt impia facta dei.
Criminis vltores pensant pro crimine pœnam.
Cum sacra turbares pœna timenda fuit.
Te cogit timor esse pium:te pœna fidelem.
Hic timor,hæc pietas cum nece sera venit.
¶ Qui maculat vitam,mundas cur incolit aras?
Quem sua facta premunt,cur aliena leuant?

De Hirundine,& Auibus. XX.

Vt linum pariat de lini semine,semen
Nutrit humus.sed aues tangit hirundo metu.
Hic ager:hoc semen nobis mala vincla minat:
Vellite pro vestris semina sparsa malis.
Turba fugit sanos monitus,vanosq; timores
Arguit.exit humo semen,& herba viret.
Rursus hirundo monet instare pericula.rident
Rursus aues:hominem placat hirundo sibi.
Cumq; viris habitans cantu blanditur amico:
Nam præuisa minus lædere tela solent.
Iam metitur linum:iam fiunt retia:iam vir
Fallit aues:iam se conscia culpat auis.
¶ Vtile consilium qui spernit:inutile sumit:
Qui nimis est tutus.retia iure subit.

De Atheniensibus carentibus Rege. XXI.

Fabula nata sequi mores, & pingere vitam.
Tangit quod fugias,quodq; sequaris iter.

Rege carens,nec regis inops,fine lege,nec exlex.
Absq; iugo gessit Attica terra iugum.
Libertas errare negans se sponte coegit.
Et pudor ob legem fortior ense fuit.
Ne libitum faceret fecit plebs libera regem:
Et quæ non potuit pellere iussa tulit.
Rex cœpit laniare truces:punire nocentes.
Quæq; leuanda leuans,quæq; premenda premēs.
Hos onerat nouitas ciues in lege nouelli
Quæ leuiter possent,vix potuere pati.
¶ Vrbem triste iugum querula ceruice gerentem
Æsopus tetigit:consona verba mouens.

De Ranis petentibus regem. XXII

Dum nihil auderet ludentes lædere ranas:
Supplicuere Ioui ne sine rege forent.
Iuppiter huic voto risum dedit.ausa secundas
Rana preces:subitum sensit in amne sonum:
Nam Ioue dante trabem,trabis ictu flumine moto
Demersit subitus guttura rauca timor.
Placato rediere metu:videre tigillum
Stando procul regem pertimuere suum.
Vt nouere trabem per se non posse moueri:
Pro duce fecerunt tertia vota Ioui.
Ira Iouem mouit:regem dedit:intulit hydrum:
Hydrus hiante gula cœpit obire lacum.
Clamitat ecce lacus morimur:pie Iuppiter audi,
Iuppiter exaudi,Iuppiter affer opem:
Nos sepelit venter:nostri sumus esca tyranni.
Aufer cædis opus:redde quietis opes.

Ille refert, emptum longa prece ferre magistrum.
Vindicet æternus otia spreta metus.
Omne boni pretium nimio vilescit in vsu:
Fitq; mali gustu dulcius omne bonum.
ℭ Siqs habet qđ habere decet: sit lætus habendo.
Alterius non sit, qui suus esse potest.

De Columbis petentibus regē. XXIII.

Accipitrem milui pulsus bella columbæ.
Accipiunt regem. rex magis hoste nocet.
Incipiunt de rege queri: quod sanius esset
Milui bella pati, q̄ sine Marte mori.
ℭ Si quid agis, prudenter agas, & respice finem.
Ferre minora volo, ne grauiora feram.

De Fure, & Cane. XXIIII.

Fure vocante canē prætensi munere panis.
Spreto pane canis talia verba mouet.
Vt sileam tua dona volūt; furtisq; laborant.
Esse locum, panem si fero: cuncta feres.
Fert munus mea damna tuū: latet hamus in esca.
Me priuare cibo cogitat iste cibus.
Non amo nocturnum panem plus pane diurno.
Aduena plus noto non placet hostis hero.
Non rapiet nox vna mihi bona mille dierum.
Nolo semper egens esse, semelq; satur.
Latratu tua furta loquar nisi sponte recedas.
Hic silet, ille manet: hic tonat, ille fugit.
ℭ Si tibi quid detur, cur detur respice. si des,
Cui des ipse nota, teq; gulose doma.

De Lupo, & Succula. XXV.

Vult lupus, vt pariat maturum succula fœtum:
Seq; noui curam spondet habere gregis.
Sus ait hac cura careas mihi nolo ministres.
Horrent obsequium viscera nostra tuum.
I procul: vt tutos liceat mihi fundere fœtus.
I procul: & pietas hæc erit apta mihi.
Pro natis natura iubet timuisse parentem.
Fine dato verbis, hic abit: illa parit.
¶ Tēpore non omni non omnibus omnia credas.
Qui misere credit: creditur esse miser.

De Terra tumente. XXVI.

Terra tumet: tumor ille gemit: gemitu; fatetur
Partum. pene perit sexus vterq; metu.
Dum tumeat tellus monstrat se monstra daturam.
Dicunt, & trepidant, & prope stare timent.
In risum timor ille redit. nam turgida murem
Terra parit. iocus est qui timor ante fuit.
¶ Sæpe minus faciunt hoīes, qui magna minant̄.
Sæpe gerit nimios causa pusilla metus.

De Agno, & Lupo. XXVII.

Cum grege barbato dum ludit iunior agnus:
Tendit in hunc menti dissona verba lupus.
Cur olidam sequeris munda plus matre capellā?
Lac tibi præberet dulcius ipsa parens.
Est prope festina. matrem pete. munere matris
Lac bibe: nam seruat vbera plena tibi.
Agnus ad hæc. pia capra mihi lac dulce propinat.
Me vice matris alit: me vice matris amat.
Non mihi sed domino prodest me viuere. viuo

Vt metat in tergo vellera multa meo.
Ergo mihi præstat nutriri lacte caprino:
Quam lac matris habens mergar in ore tuo.
Omnes vincit opes securam ducere vitam.
Pauperius nihil est: q̃ miser vsus opum.
❡ Nil melius sano monitu. nil peius iniquo.
Consilium sequitur certa ruina malum.

De Cane, & Domino. XXVIII.

Armauit natura canẽ pede, dente, iuuenta.
Hinc leuis: inde vorax: fortis & inde fuit.
Tot bona furat̃ senium. nam robore priuat
Corpus: dente genas: & leuitate pedes.
Hic leporem prehendit: fauces lepus exit inermes.
Elumbem domini verberat ira canem:
Reddit verba canis: dum me pia pertulit ætas.
Nulla meos potuit fallere præda pedes.
Defendit senii culpam laus ampla iuuentæ.
Pro sene qui cecidit facta priora vigent.
Nullus amor durat nisi fructus seruet amorem.
Quilibet est tanti munera quanta facit.
Magnus eram dũ magna dedi. sed mucidus annis
Vileo: de veteri mentio nulla bono.
Si laudas qđ erã: quod sum culpare proteruũ est,
Si recipis iuuenem pellere turpe senem.
❡ Se misere seruire sciat, qui seruit iniquo.
Parcere subiectis nescit iniquus amor.

De Leporibus fugientibus. XXIX.

Silua sonat: fugiunt lepores: palus obuiat. hærẽt.
Fit mora: respiciunt ante, retroq; timent.

Dum librant in mente metus se mergere pacti,
Se metui, & ranas stagna subire vident.
Vnus ait sperare licet: non sola timoris
Turba sumus: vano rana timore latet.
Spem licet amplecti, spes est via prima salutis.
Sæpe facit metui non metuenda metus.
Corporis est leuitas, & mentis inertia nobis:
Ista fugæ causam suggerit, illa fugam.
Sic timeat quicunq; timet: ne mole timoris
Spe careat: grauis est spe fugiente timor.
¶ Speret qui metuit: morituros viuere vidi
Spe duce. victuros spe moriente mori.

De Capra, & Hædo. XXX.

Capra cibum quærens hædum cōmendat ouili:
Hunc illi solida seruat ouile sera.
Natum cauta parens monitu præmunit amico,
Vt lateat: nec sit in sua damna vagus.
Hic latet: ecce lupus mouet hostia. voce capellam
Exprimit: vt pateant hostia clausa petit.
Sta procul hædus ait: caprizas gutture falso.
Cum male caprizes te procul esse volo.
Quod mea sis mater mentitur imago loquendi,
Rimula qua video te docet esse lupum.
¶ Insita natorum cordi doctrina parentum
Cum pariat fructum. spreta nocere solet.

De Homine, & Angue. XXXI.

Rustica mensa diu nutritum nouerat anguem.
Humanam potuit anguis amare manum.
Gratia longa viri subitā mutatur in iram.

Ira per anguineum dirigit arma caput.
Vulneris autor eget: se vulnere credit egenum:
Angui pro venia supplicat: anguis ait.
Non ero securus, dum sit tibi tanta securis.
Dum cutis hæc memorat vulnera scripta sibi.
Qui me læsit, item lædet, si lædere posset.
Expedit infido non iterare fidem.
Sed si te piguit sceleris. scelus omne remitto.
Nam gemitus veniam vulnere cordis emit.
¶ Qui nocuit primo vult posse nocere secundo.
Quæ dedit infidus mella, venena puto.

De Ceruo, & Oue. XXXI.

Ceruus oui præsente lupo sic intonat. amplum
Vas tritici debes reddere: redde mihi.
Sic lupus esse iubet: paret timor ille iubenti:
Namq; die fixo debita spondet ouis.
Fit mora: ceruus ouem vexat de fœdere. ceruo
Inquit ouis. non stant fœdera facta metu.
Me decuit præsente lupo quæcunq; fateri.
Me decuit fraudem pellere fraude pari.
¶ Cum timor in pacto sedit: promissa timoris
Arent: nil fidei verba timentis habent.

De Musca, & Caluo. XXXII.

Musca premit caluũ: caluus vult lædere muscã,
Vt muscam feriat, se ferit: illa redit.
Caluus ait: te parca iubet vicina iocari.
Si ferior rides, si feriare cades.
Sospes ero decies ictus: semel icta peribis.
Est mea prompta mihi gratia: surda tibi.

¶ Iure potest lædi ludens, vt lædat in ipsum.
Vnde breuis cœpit læsio magna redit.

De Vulpe, & Ciconia. XXXIII.

Vulpe vocante venit: speratq; ciconia cœnam,
Fallit auem liquidus vulpe iocante cibus.
Cum bibat ista cibum, solum bibit illa dolorem,
Hic dolor in vulpem fabricat arma doli.
Sunt pauci, mora parua, dies: auis inquit habemus
Fercula, quæ sapiunt, dulcis amica veni.
Hæc venit: hæc vase in vitreo bona fercula condit.
At solam recipit formula vasis auem.
Laudat opes oculo vasis nitor: has negat ori
Formula: sic geminant visus, odorq; famem.
Sic vulpes ieiuna redit: sic fallitur audens
Fallere: sic telo læditur ipsa suo.
¶ Quod tibi non faceres, aliis fecisse cauebis.
Vulnera ne facias, quæ potes ipse pati.

De Lupo q̄ iuenit caput marmoreū. XXXIIII.

Dum legit arua lupus: caput inuenit arte supbū,
Hoc beat humanis ars pretiosa genis.
Hoc lupus alterno voluit pede: verba resoluit
O sine voce genas: o sine mente caput.
¶ Fuscat, & extinguit cordis caligo nitores
Corporis: est animi solus in orbe nitor.

De Graculo, & Pauone. XXXV.

Graculus inuento nitidi pauonis amictu
Se polit. & socias ferre superbit aues.
Quem fore pauonem pauonis penna fatetur.
Pauonum generi non timet ire comes.

Pauo dolum sentit: falsi pauonis honorem
Increpat. & domitam verbere nudat auem.
Nuda latet: sociosq; fugit: nimiumq; pudorem.
Sic putat: ac curuo corripit ore comes.
Assensor nimius nimium ruit aptus in imis.
Est locus, hic leuis est, illa ruina grauis.
Qui plus posse putat sua q̃ natura ministrat:
Posse suum superans se minus ipse potest.
Si tibi nota satis naturæ meta fuisset:
Nec vilis, nec inops, nec sine veste fores.
¶ Cui sua non sapiunt alieni sedulus auceps.
Quod non est rapiens desinit esse quod est.

De Mula, & Musca. XXXVI.

Mula rapit cursum. nam mulam mulio cogit.
Mulæ musca nocet vulnere, siue minis.
Cur pede sopito cursum, tempusq; moraris?
Te premo, te pungo: pessima curre leuis.
Mula refert: quia magna sonas: vis magna videri.
Nec tua facta nocent: nec tua verba mihi.
Nec te sustineo: sed eum, quem sustinet axis,
Qui mea frena tenet: qui mea terga ferit.
¶ Audet in audacem timidus: fortiq; minatur
Debilis, audendi dum videt esse locum.

De Musca, & Formica. XXXVII.

Musca mouens lites formicam voce sagittat.
Se titulis ornat turpiter ipsa suis.
Torpes mersa cauis: leuitas mihi quæritur auis.
Dat tibi fossa domum: nobilis aula mihi.
Delitiæ sunt grana tuæ: me regia nutrit

Mensa.bibis fecem:sed bibo lene merum.
Quod bibis a ligno fugis:mihi suggerit aurum
Quod bibo:saxa premis:regia serta premo.
Æde,cibis,potu,thalamis,cum regibus vtor.
Reginæ teneris oscula figo genis.
Non minus vrentes mittit formica sagittas:
Et sua non modicum spicula fellis habent.
Ludo mersa cauis:nescit tua pœna quietem.
Sunt mihi pauca satis:sunt tibi multa parum.
Me lætam videt esse cauus.te regia tristem.
Plus mihi grana placent,q̃ tibi regis opes.
Venatur mihi farra labor:tibi fercula furtum.
Hæc mihi pax mellit.toxicat illa timor.
Mundo farre fruor.tu fœdas omnia tactu.
Cum nulli noceam.cuilibet vna noces.
Est mea parcendi speculum,tua vita nocendi.
Sunt mea quæ carpo.non nisi rapta voras.
Vt comedas viuis.comedo ne viuere cessem.
Me nihil infestat.te fugat omnis homo.
Vnde petis vitam.rapitur tibi vita palato.
Dulcia vina bibens,fel bibis acre necis.
Si negat ala tibi ventoso victa flabello.
Aut nece vinceris,aut semiuiua iaces.
Si potes æstiui dono durare fauoris.
Cætera cum parcant,non tibi parcet hiems.
❡ Dulcia pro dulci,pro turpi turpia reddi
Verba solent.odium lingua,fidemq; parit.

De Lupo,& Vulpe. XXXVIII.

Respondere lupo pro furti labe tenetur.

Vulpes.causa vocat:hic petit.illa negat.
Simius est iudex docti non errat acumen
Iudicis,arcanum mentis in ore legit.
Iudicium fingit poscis quod poscere fraus est.
Visq; fidem de re,quam negat ipsa fides.
Tu bene furta negas:te vitæ purior usus
Liberat.hanc litem pax domet.ira cadat.
Simplicitas veri fraus estq; puerpera falsi.
Esse solent vitæ dissona verba suæ.
¶ Sordibus imbuti nequeunt dimittere sordes:
Fallere qui didicit.fallere semper auet.

De Viro,& Mustela. XXXIX.

Præda viri prædo murum mustela precatur
Da veniam,debes parcere,parce mihi.
Quod caret hoste domus.q abest a sorde fatetur
Esse meum.pro me te rogat,ergo faue.
Seruitio me redde tuo mihi redde laboris
Premia:pro dono sit mea vita mihi.
Ille refert,operum debetur gratia menti.
Non operi:gratum mens bona reddit opus.
Nemo licet prosit:nisi vult prodesse.meretur.
Nam prodesse potest hostis obesse putans.
Cum mihi prodesses,mihi non prodesse volebas,
Hostibus ipsa meis,& meus hostis eras.
Non mihi monstra necans.sed eras tibi puida soli:
Sic panem poteras rodere sola meum.
Pane meo pinguis:mihi da pinguedinis vsum.
Damnis penso necem.digna perire peri.
¶ Nil decorat factum,nisi facti sola voluntas.

Non operis fructum:sed noto mentis opus.

De Rana,& Boue. XL.

Equari vult rana boui.tumet illa:tumenti
Natus ait.cessa:pro boue tota nihil.
Rana dolet:meliusq; tumet:premit ille tumentum.
Vincere non poterit:victa crepare potes.
Tertius iratam vexat tumor,illa tumoris
Copia scindit eam:viscera rupta fluunt.
¶ Cum maiore minor conferri desinat.& se
Consulat:& vires temperet ipse suas.

De Leone,& Pastore. XLI.

Sollicitus prædæ currit Leo:spina leonem
Vulnerat:offendit in pede mersa pedem.
Fit mora de cursu:leuitas improuida lapsum
Sæpe facit.læso stat pede turba pedum.
Vix ægrum sinit ire dolor:saniemq; fatetur.
Maior idem loquitur vulneris ipse dolor.
Cum læsit miseros fortuna medetur eisdem.
Hoc est cur medicum plaga leonis habet.
Nam leo pastorem reperit:pastorq; leoni
Pro dape tendit ouem:respuit ille dapes.
Supplicat:& plagam tenso pede monstrat.& illum
Orat opem.pastor vulnera soluit acu.
Exit cum sanie dolor,& pus causa doloris.
Hic blando medicam circuit ore manum.
Sospes abit.meritiq; notas in corde sigillat:
Tempore deleri gratia firma nequit.
Hic leo vincla subit:romanæ gloria prædæ,
Hunc habet,& multas miscet arena feras.

Ecce necis potum pastori culpa propinat.
Clauditur in mediis,& datur esca feris.
Hunc leo præsensit:petit hunc.timet ille,timenti
Hæc fera blanditur.sperat,abitq; timor.
Nil feritatis habens ludit fera:cauda resultat,
Dum fera mansuescit,se negat esse feram.
Hunc tenet:hunc lingit:pensatq; salute salutem:
Nulla sinit fieri vulnera.nulla facit.
Roma stupet:parcitq; viro:parcitq; leoni.
Hic redit in siluas:& redit ille domum.
¶ Non debet meritum turpis delere vetustas.
Accepti memores nos decet esse boni.

In uetustissimo codice ultimũ carmen legitur hoc modo. Tempore deleri gratia firma nequit.

De Equo,& Leone. XXXXII.

Tondet equus pratum:petit hũc leo:causa leonem
Hæc mouet:vt fiat esca leonis equus.
Inquit equo,mi frater aue:fruor arte medendi,
Et comes,& medicus sum tibi.paret equus.
Sentit enim fraudes:& fraudi fraude resistit.
Corde prius texens retia fraudis:ait.
Quæsitus,placidusq; venis:te temporis offert
Gratia.te rogitat pes mihi sente grauis.
Hic fauet:instat equo subiecto vertice calcem.
Imprimit,& sopit membra leonis equus.
Vix fugit ille sopor:vix audet vita reuerti.
Vix leo colla mouens respicit.hostis abest.
Sic leo se damnat:patior pro crimine pœnam,
Nam gessi speciem pacis:& hostis eram.
¶ Quod non es non esse velis:quod es esse fatere,
Est male quod non est:qui sinit esse,quod est.

De Equo

Gaudet equus faleris,freno,sellaqꝫ superbit.
Ista quidem uestit aureus arma nitor.
Obstat asellus equo:vicus premit arctus, asellum
Vexat onus:tardat natus eundo labor.
Quod sibi claudat iter,sonipes inclamat asello.
Occurris domino vilis aselle tuo?
Vix tibi do veniam de tanti crimine fastus.
Cui via danda fuit libera:dignus eram.
Supplicat ille minis:mutitqꝫ timore silendo.
Fit timor:& surda præterit aure minas.
Sessor equi declinat equo.dum vincere certat.
Vincitur,& cursum viscera rupta negant.
Priuatur faleris:auro priuatur honesto.
Hunc premit assiduo reda cruenta iugo.
Huic acuit tergum macies:labor vlcerat armos,
Hunc videt,inqꝫ iocos audet asellus iners.
Dic sodes vbi sella nitens?vbi nobile frenum?
Cur hæc est macies?cur fugit ille nitor?
Cur manet hic gemitus?cur illa superbia fugit?
Vindicat elatos iusta ruina gradus.
Stare diu nec vis,nec honor,nec forma,nec ætas
Sufficit in mundo.plus tamen ista placent.
Viue diu,sed viue miser,sociosqꝫ minores
Disce pati.risum det tua vita mihi.
¶ Pennatis ne crede bonis:te nulla potestas
In miseros armet.nam potes esse miser.

De Quadrupedibus,& Auibus. XLIIII.

Quadrupedes pugnant:auibus victoria nutat.

Spes onerata metu vexat vtrunq; gregem.
Linquit aues quæ sumit auis de vespere nomen.
Nec timet oppositi castra iuuare chori.
Armat aues aquilæ virtus,& viribus implet,
Et monitu: torpet altera turba metu.
Amplexatur aues vlnis victoria lætis.
Pro titulo pœnam transfuga sumit auis.
Vellere nuda suo pro plumis vulnera vestit.
Edictumq; subit ne nisi nocte volet.
¶ Nõ bonus est ciuis, qui præfert ciuibus hostẽ.
Vtiliter seruit nemo duobus heris.

De Philomela,& Accipitre. XLV.

Dũ philomela sedet studiũ mouet oris amœni.
Sic sibi,sic nido visa placere suo.
Impetit accipiter nidum.pro pignore mater
Supplicat.alter ait plus prece carmen amo.
Nec prece,nec pretio.sed amico flectere cantu
Me potes.ille silet.dulcius illa canit.
Mente gemit:licet ore canat,mens eius arescit.
Cuius melifluum manat ob ore melos.
Impia fatur auis:sordet modus iste canoris:
Et laniat natum matre vidente suum.
Mater obit:nec obire potest:sed viuit:vt ipsam
Vincat vita necem:plus nece cladis habens.
Cor matris patitur plus nati corpore:corpus
Rodit auis rostro:cor fodit ense dolor.
Vestigat sua pœna scelus,nam fraudibus vso,
Aucupe fraudosam viscus inescat auem.
¶ Fine malo claudi mala vita meretur:iniquus

Qua capit insontes se dolet arte capi.

De Lupo,& Vulpe. XLVI.

Ditat præda lupum:ducit lupus otia longo
Fausta cibo.vulpes inuidet:ista mouet.
Frater aue.miror cur tanto tempore mecum
Non fueris:nequeo non memor esse tui.
Ille refert:pro me vigilat tua cura:precari
Numina non cessas,ne mea vita ruat.
Fraude tamen munita venis:falsoq; venenum
Melle tegis:dolor est copia nostra tibi.
Extorquere paras aliquid:furtumq; minaris:
Sed mea furtiuam respuit esca gulam.
Spreta redit:spretam stimulat dolor.apta dolori
Fraus subit.ad pecorum trãsuolat illa ducem.
Hunc mouet his verbis.tua gratia muneris instar
Sit mihi:namq; lupum dat mea cura tibi.
Hostem perde tuum:tuto latet hostis in antro.
Vir fauet:antra subit:hic necat ense lupum.
Ista lupi consumit opes.sed floret ad horam
Vita nocens.vulpes casse retenta gemit.
Cur nocui?nocet ecce mihi nocuisse nociuo:
Iure cado:cuius concidit arte lupus.
¶ Viuere de rapto vitam rapit.inuidus instans
Alterius damnis in sua damna ruit.

De Ceruo speculante se in fonte. XLVII.

Fons nitet argento similis.sitis arida ceruum
Hunc rapit.haurit aquas.se speculat᷑ aquis.
Hunc beat,hunc mulcet ramosæ gloria frontis.
Hunc premit.hunc lædit,tibia macra pedum.

Ecce canes.tonat ira canum.timet ille.timenti
Fit fuga.culpati cruris adorat opem.
Siluæ claustra subit.cornu retinente moratur.
Crure neci raptum cornua longa necant.
❡ Spernere qđ prosit,& amare qđ obsit ineptũ est.
Quod fugimus prodest:& quod amamus obest.

De Viro,& Vxore. XLVIII.

Dum vir & vxor ament,vxorem priuat amato
Parca viro. nec eam priuat amore viri.
Coniugis amplectens tumulum pro coniuge:uexat
Vngue genas:oculos flectibus:ora sono.
Hanc iuuat ipse dolor:nequit hac de sede reuelli
Grandine:seu tenebris:seu prece:siue minis.
Ecce reum damnat iudex:crux horrida punit.
In cruce custodit tempore noctis eques.
Hic sitit:ad tumulum vocat hũc & clamor,& ignis,
Orat aquæ munus.hæc dat,& ille bibit.
Ægrum nectareis audet cor iungere verbis.
Hunc vocat ad primum cura salutis opus.
Sed redit:& dulces monitus intexit amaro
Cordi:victa subit claustra doloris amor.
Vir metuens furtum furi suspendia furis
Visit.sed viduam tactus amore petit.
Hanc amor ipse ligat,fructumq; ligurit amoris.
Hic redit ad furem,sed loca fure carent.
Hic dolet hoc quæstu,dolor hic instigat amicam.
Non bene seruato fure,tremore premor.
Rex mihi seruandum dederat,me regius ensis
Terret,& extorem me iubet esse timor.

Hæc ait inueni quæ spem tibi suscitet artem.
Vir meus implebit in cruce furis onus.
Ipsa viri bustum reserat: pro fure catenat
Ipsa virum, restem subligat illa viro.
Huic merito succumbit eques, succumbit amori
Illa nouo. ligat hos firmus amore torus.
℄ Sola premit viuosq; metu pœnaq; sepultos
Fœmina: fœmineum non bene finit opus.

De Iuuene, & Thaide. XLIX.

Arte sua Thais iuuenes irretit. amorem
Fingit: & ex ficto fructus amore venit.
A multis fert multa procis, ex omnibus vnum
Eligit: huic veri spondet amoris opes.
Sum tua, sisq; meus cupio plus omnibus, vnum
Te volo: sed nolo munus habere tuum.
Percipit ille dolos, & fraudi fraude resistit.
Sis mea, sumq; tuus, nos decet æquus amor.
Viuere non vellem nisi mecum viuere velles.
Tu mihi sola salus. tu mihi sola quies.
Sed falli timeo, quia me tua lingua fefellit.
Præteriti ratio scire futura facit.
Vitat auis taxum, quam gustu teste probauit.
Fallere vult hodie si qua fefellit heri.
℄ Thaida si quis amat: sua, non se credat amari.
Thais amore carens, munus amantis amat.

De Patre, & Filio. L.

Est pater. huic genitus. hic patri credere nescit.
Nam facienda fugit: & fugienda facit.
Mens vaga discurrit, & menti consonat ætas.

Mentis & ætatis turbine frena fugit.
Ira senis punit nati pro crimine seruos.
Instruit ista senem fabula nata sequi.
Cauta bouem, vitulumq; manus supponit aratro.
Hic subit. ille iugum pellit. arator ait.
Gaude lætus ara tu quem domat vsus arandi:
A boue maiori discat arare minor.
Non placet vt sudes, sed des exempla minori,
Qui pede: qui cornu pugnat abire iugo.
Sic domat indomitũ domito boue cautus arator.
Sic veterem sequitur iunior ille bouem.
¶ Proficit exempli merito cautela docendi:
Maioriq; sua credat in arte minor.

De Vipera, & Lima. LI.

Vipera fabrilem dapis anxia tendit in ædem:
Incipit & limam rodere. lima loqui.
Nescis posse meum, quæ sit mea gloria nescis.
Dente meo pateris, non ego dente tuo.
In tenuem ferrum forti molo dente farinam.
Et cadit a tritu dura farina meo.
Ferrea potenti castigo tubera morsu.
Aspera plano. seco longa. foranda foro.
Deliras igitur cum dente minaris inermi.
Rideo quod ferior. vulnera ferre gemis.
¶ Fortem fortis amet: nam fortem fortior angit.
Maiori timeat obuius ire minor.

De fœdere Lupoꝝ, & Ouium. LII.

Pugna lupis opponit oues, ouiumq; satelles
Est canis: est aries: hac ope fidit ouis.

Palma diu dormit: desperat turba luporum:
Et simulans fœdus fœdere temptat ouem.
Fœdus vtrunq; fides iurato numine fulcit.
Id lupus, id simplex obside firmat ouis.
Datq; lupis malesana canes, recipitq; luporum
Pignora, nec metuit, nec sua damna videt.
Cum natura iubet natos vlulare lupinos,
Turba lupina furit fœdera rupta querens.
Ergo pecus tutoris egens in viscera mergit.
Præside nuda suo sic tumulatur ouis.
¶ Tutorem retinere suum tutissima res est:
Nam si tutor abest hostis obesse potest.

De Viro, & Secure, & Nemore. LIII.

Quo teneatur eget: nihil ausa secare securis
Armet eam lucus. vir rogat: ille fauet.
Vir nemus impugnat lassans in cæde securim.
Arboris omne genus vna ruina trahit.
Lucus ait pereo: mihimet sum causa pericli.
Me necat ex dono rustica dextra meo.
¶ Vnde perire queas hostem munire caueto.
Qui dat quo pereat quem iuuat hoste perit.

De societate Canis, & Lupi. LIIII.

Dum cane silua lupũ sociat: lupus inquit amœna
Pelle nites: in te copia facta patet.
Pro verbis dat verba canis. me ditat herilis
Gratia: cum domino me cibat ipsa domus.
Nocte vigil fures latratu nuntio. tutam
Seruo domum: mihi dat culmus in æde torum:
Hæc mouet ore lupus: cupio me viuere tecum:

Communem capiant otia nostra cibum.
Reddit verba canis:cupio me viuere tecum:
Vna dabit nobis mensa,manusq; cibum.
Ille fauet:sequiturq; canem:gutturq; caninum
Respicit,& quærit cur cecidere pili.
Inquit ne valeam morsu peccare diurno,
Vincla diurna fero.nocte iubente vagor.
Reddit verba lupus.non est mihi copia tanti,
Vt fieri seruus ventris amore velim.
Ditior est liber mendicus diuite seruo.
Seruus habet nec se,nec sua.liber habet.
Libertas prædulce bonum bona cætera condit.
Qua nisi conditur nil sapit esca mihi.
Libertas animi cibus est,& vera voluptas.
Qua qui diues erit ditior esse nequit.
Nollo velle meum pro turpi vendere lucro.
Has qui vendit opes hoc agit vt sit inops.
¶ Non bene pro toto libertas venditur auro.
Hoc cæleste bonum præterit orbis opes.

De Ventre,& aliis Membris. LV.

Incusant auidi pes & manus otia ventris,
Omnia solus habes lucra,labore carens.
Nos labor edomuit:te fouet inertia:sorbes
Omnia quæ nostri cura laboris emit.
Disce pati famis acre iugum,vel disce labori
Cedere.teq; tui cura laboris alat.
Sic ventri seruire negant.se venter inanem
Comperit.orat opem:nil dat auara manus.
Ille preces iterat,iterum fugit illa precantem.

In stomachi fundo torpet, obitq; calor.
Victa fame natura fugit, vis arida fauces
Obserat, vt solitum non sinat ire cibum.
Vult epulas dare sera manus, sed corporis ægri
Perdita non reparans: machina tota perit.
ℭ Nemo sibi satis est, eget omnis amicus amico:
Si non vis aliis parcere: parce tibi.

De Simia, & Vulpe. LVI.

Simia de turpi queritur nate. porrigit aurem
Vulpes, nec recipit mente, sed aure preces.
Simia sic fatur. natis vt mihi dedecus ornem
Sufficeret caudæ pars mihi parua tuæ.
Quid prodest nimia campos insculpere caudā?
Quod mihi prodesset est tibi pondus iners.
Illa refert, nimio damnas de pondere caudam?
Est breuis, estq; leuis: hæc duo damna queror.
Malo verrat humum, q̃ sit tibi causa decoris:
Quam tegat immundas res bene mūda nates.
ℭ Id minimū minimoq; minus ditaret egenum:
Quod minimum minimo credis auare minus.

De Institore, & Asello. LVII.

Dum fora festinus lucro petit, instat asello
Institor: & pressum pondere fuste premit.
Ille necem sperat: nece promittente quietem:
Sed nece completa viuere pœna potest.
Namq; et bella facit, & tympana pellis aselli.
Hinc laxatur, & hinc pulsa tonante manu.
ℭ Cui sua vita nocet caueat sibi rumpere vitam:

Non nece sed meriti iure quiescit homo.

De Ceruo, & Bobus. LVIII.

Motus uoce canum ceruus fugit: auia siluæ
Deserit: arua tenet: claustra bouina subit.
Bos ait: aut luci tenebras, aut æquora ponti
Tutius intrasses. hinc piger, inde leuis.
Huc veniet custosq; boum, stabuliq; magister.
Si duo: vel tantum te videt alter obis.
Ceruus ait: mihi vestra necem clementia demat:
Condite me latebris: vt iuuet vmbra fugam.
Hunc tumulat fœnum: præsepe reuisit arator.
Frondibus, & fœno munit, alitq; boues.
Hic abit. at ceruus vitasse pericula gaudens.
Bobus agit grates: ex quibus vnus ait.
Est leue vitare cæcum. si venerit Argus:
Argum si poteris fallere tutus eris.
Centum fert oculos. cui se debere fatetur,
Et domus, & serui, totaq; iura loci.
Res tua te reperit Argum: res altera cæcum.
Qui tibi dormitat. scit vigilare sibi.
Hic silet: Argus init stabulum, bobusq; ministrat.
Plus æquo te nues viderat esse boues.
Dum præsepe munit cibis: dum fulgurat ira
Ausa videre diem: cornua longa videt.
Quid latet hic? quid ait video? sentitq; latentem:
Et bona fortunæ munera lætus habet.
℄ Exulis est non esse suum: vigilare potentis.
Stertere seruorum: velle iuuare pii.

De Iudæo, & Pincerna. LVIIII.

Fert Iudæus opes,sed onus fert pectore maius,
Intus adurit eum cura,forisq; labor.
Ergo metu damni sibi munere regis amorem
Firmat,vt accepto præduce tu tus eat.
Regius hunc Pincerna regit.cor eius adurit
Auri dira sitis:qui parat ense nefas.
Silua patet,subeunt.Iudæus in ore sequentis
Cor notat,ipse sequar inquit,at ille negat.
Et gladium nudans,nemo sciet inquit:obito.
Ille refert,scelus hoc ista loquetur auis.
Hic rapit ense caput.& opes metit.& scrobe funus
Cælat.agit celeres annus in orbe rotas.
Perdices cœnæ domini Pincerna ministrat
Ridet.& a risu vix vacat ille suo.
Rex audire sitit.hic differt dicere causam.
Fit locus.Ambo sedent:hic petit,ille refert.
Rex dolet:& læto mentitur gaudia risu.
Regis concilium:consiliumq; sedet.
Pincernam crucis esse reum sententia prodit.
Crux punit meritum iure fauente cruci.
¶ Vt perimas quemquã nullum tibi suadeat aurũ:
Nam decus,& vitam mœsta ruina rapit.

De Ciue,& Equite. LX.

Ciuis,Eques sub rege vigent.hic prælia regis.
Hic dispensat opes:hic vir:& ille senex.
Inuidiæ prælata genis innata doloris
Flammis fax iuuenem torret honore senis.
Regis in aure truces fingit de ciue susurros.

Non est pastor ait: sed lupus ille senex.
Ditant furta senem: creuit sua copia furtis.
Est sua de censu gaza recisa tuo.
Firmabo mea dicta manu: sua furta fateri
Hunc faciam. bello iudice verus ero.
Cum moueant obiecta senem: plus debilis ætas
Hunc mouet: & senii crimine visus hebes.
Parcunt iura seni: si pro se pugnet amicus.
Cui nullius odor fœnoris arma dabit.
Mendicat pugilem: sed abest qui pugnet amicus:
Nam refugit viso turbine falsus amor.
Dum fortuna tonat fugitiuos terret amicos.
Quis amet: & quis non: sola procella docet.
Cœna trahit ciuem: differt nox vna duellum.
Sollicitat mentem iusta querela senis.
Quos meritis emi: multos mihi fecit amicos
Longa dies: cūctos abstulit hora breuis.
De tot amicorum populo non restitit vnus.
Quamq; dedi multis nemo repensat opem.
Rebar pace frui. paci mea congruit ætas,
Sed mea turbauit gaudia liuor edax.
Hosti multa meo palmam pepigere. tepesco.
Ille calet. careo viribus. ille viget.
Arma parum noui: se totum præbuit armis.
Est mihi visus hebes: visus acutus ei.
Nil mihi præbet opem: nisi iustæ gratia causæ.
De fragili queritur præside causa potens.
Corporis ecclypsim timet alti copia cordis:
Ne fragili pereat mens animosa manu.

Si turpes nitidæ mendax infamia vitæ:
Infigit maculas: quid nituisse iuuat?
Desperat: lugetq; senex: hunc lenit arator.
Qui senis arua nouat annua lucra ferens.
Me stimulat pietas. pro te perferre duellum.
Est mihi pro domino dextra parata meo.
Ecce dies oritur. locus est, tempusq; duelli.
Stant pugiles: ineunt mente, manuq; sibi.
Est equiti fœdum quod stet. quod pugnet arator:
Seq; putat victum. ni cito vincat eum.
Nil de se retinet virtus oblita futuri.
Dextera corporeas prodiga fundit opes.
Ictus ipse suos steriles expendit in vsus:
Et feriens hostem se magis hoste ferit.
Sed propriæ virtutis opes abscondit arator.
Dum locus expensæ detur & hora suæ.
Aut motu fallit. aut armis temperat ictus:
Prædicitq; minas frontis vtrunq; iubar.
Dormitans vigilat: cessansq; recogitat ictus:
Et metuens audet: dextra notatq; locum.
Hæc mora non artis ratio: sed culpa timoris
Creditur: arte fruens esse videtur iners.
Gaudet eques vicisse putās: spernitq; bubulcum:
Sudoremq; suum tergit ab ore suo.
Ecce moram nescit: equitē speculata morantem:
Et cubiti nodum rustica claua ferit.
Huius plaga loci totius corporis aufert
Robur. cedit eques: seq; cadente sedet.
O noua simplicitas sedet ille: vocatq; sedentem:
Et nisi surgat eques: surgere velle negat.

Surge bubulcu s ait. cui m iles surgere nolo.
Alter ait sedeas. mecq; sedere licet.
Turba stupet. præfectus adest. equitiq; moranti,
Imperat. aut surgat: aut superatus eat.
Hæret eques: præfectus ait: te vicit arator.
Pugna cadit: regi panditur ordo rei.
Rex ait. incisum nolo proferre duellum.
Dedecus explanet ille: vel ille suum.
Pugna redit: milesq; sedet velut ante sedebat.
Surge bubulcus ait: non volo reddit eques.
Cultor ait. dum stare negas, ego stare negabo.
Surgere si tentes. surgere promptus ero.
Ambo sedent: ridet populus: præsesq; bubulco
Intonat: aut surgat: aut superatus eat.
Cultor ait. surgat. caderet si surgere vellet.
Percute præses ait. percute surgat eques.
Te decet, aut illum sibi victi ponere nomen.
Hoc mihi non ponam nomen arator ait.
Surgo, surge miser. nam turpe ferire sedentem
Est mihi: sitq; tibi turpe sedendo mori.
Sic ait. & timidus mulcet: rogat ille furentem.
Parce precor victo: supplico victor abi.
Læta nouat fortuna senem: senis vnicus hæres
Scribitur: & dignas intrat arator opes.
¶ Ius superat vires: sors aspa monstrat amicum.
Plus confert odio gratia: fraude fides.

De Capone, & Accipitre. LXI.

Quærere diffugium domino veniente caponem
Audax accipiter dum videt: inquit ei.
Quid fugis? exulta dominũ dum cernis adesse.

Cuius in aduentu plaudere nitor ego.
Me capo respondit, fratrum diuersa meorum
Terret pœna. tibi non timor vllus adest.
Nil magis horrendum q̃ flebilis aula tyranni,
Qua pietas omnis cum ratione perit.
Raptores: famuliq; truces: scelerumq; ministri.
Iniustis dominis impietate placent.
Qui sine vi sine fraude manent: hi fraude necant.
Nullo damnantur crimine sæpe boni.
Sic fratres periere mei. te reddit amicum
Impietas domino, nequitiæq; vigor.
Hi proprias lauere stolas in sanguine, passos
Martyrium, sepelit venter auarus eos.
Illius ergo timens aspectum credo latere
Tutius: vt morti me rapuisse queam.
¶ Non amat insontes: sed sontes aula tyranni:
Complacet iniusto raptor iniquus hero.

De Lupo, & Pastore. LXII.

Cum pastore lupus sociabile fœdus iniuit:
Interius totus dissociatus ei.
Ergo dolum sub melle tegens lupus ĩquit. amice
Sum pauidus crebra garrulitate canis.
Ille suo nostrum latratu scindit amorem.
Ille bonum pacis dissociare petit.
Si me securum: si me vis reddere tutum.
Obses tutelæ sit datus ille mihi.
Exhibito vigili lupus intrat tutus ouile,
Dilanians miseras opilionis oues.
Pacis amatorem simulat se perfidus hostis.
Cautius vt vulnus exitiale ferat.

Hic Auianus, uere Ruffus festus Auienus appellatus fuit.

¶ Cuius eges semper rem nulli tradere debes:
Blanditiæ plusquam dira venena nocent.
Fine fruor versu gemino: quid cogitat omnis
Fabula declarat: datq; quod intus habet.
¶ Æsopi fabulæ per Salonem Parmensem finiunt.

Auiani poetæ ad Theodosium Imperatorem
Prologus in fabulas Æsopi incipit.

Dubitanti mihi Theodosi optime quo nã literarum titulo nostri nõis memoriã mãdarem⁹: fabularũ textus occurrit: q̃ in his vrbane concepta falsitas deceat, & veritatis necessitas nõ incũbat. Nã quis tecũ de oratione, quis de poemate loqueretur: cum in vtroq; literarũ genere, & Atticos græca eruditiõe superes: & latinitate Romanos. Huius quoq; materiæ ducem nobis esse Æsopum noueris, qui responso Delphici Apollinis monitus ridicula orsus ẽ, vt legẽda firmaret. Verũ has pro exemplo fabulas, & Socrates diuinis operibus ĩdidit, & poemati suo Flaccus aptauit: q̃ ĩ se sub iocorũ cõmunium specie vitæ argumenta contineant: quas græcis iambis Babrius repetẽs ĩ duo volumina coartauit, Phædrus ẽt partẽ aliquam quĩq; ĩ libellos resoluit. De his ergo usq; ad. XL. & duas in vnum redactas fabulas edidi: quas rudi latinitate cõpositas, Elegis sum explicare conatus. Habes igit̃ opus quo aĩum oblectes: ingeniũ exerceas: sollicitudinẽ lenias: totũq; viuendi ordinem cautus agnoscas. Loq vero arbores: feras cũ hominibus gemere: verbis certare volucres: animalia ridere fecimus: vt pro singulorum necessitatibus vel ab ipsis animis sententia ꝓferatur.

De Muliere,

RVstica deflenti puero iurauerat olim,
Ni taceat rapido q̧ foret esca lupo.
Credul⁹ hāc vocē lup⁹ audit: manet ip̄as
Peruigil ante fores irrita vota gerens:
Nam lassata puer nimiæ dat membra quieti,
Spem quoq; raptori substulit inde fames.
Hunc vbi siluarum repetentem lustra suarum
Ieiunum coniux sensit adesse lupa.
Cur inquit nullam refers de more rapinam,
Languida consumptis sed trahis ora genis.
Ne mireris ait deceptum fraude maligna
Vix miserum vacua delituisse fuga:
Nam quæ præda rogas, quæ spes contigere possit,
Iurgia nutricis cum mihi verba darent.
Hæc sibi dicta putet, seq; hac sciat arte notari
Fœmineam quisquis credit adesse fidem.

De Testudine,& Aquila. II.

Pennatis auibus quondam testudo locutā est,
Siquis eam volucrū destituisset humi,
Protinus e rubris conchas proferret harenis
Quis pretium nitido cortice baca daret.
Indignans sibimet tardo q̧ sedula gressu
Nil ageret tota perficeretq; die.
At vbi promissis aquilam fallacibus implet,
Experta est similem perfida lingua fidem.
Et male mercatis dum quærit sidera pennis
Occidit infelix alitis ungue fero.

Tunc quoq; sublimes cum iam moreretur in auras
Ingemuit notis hæc licuisse suis:
Nam dedit exosæ post hæc documenta quieti,
Non sine suppremo magna labore peti.
Sic quicunq; noua sublatus laude tumescit
Dat merito pœnas dum meliora cupit.

De Cancro,& Matre. III.

Curua retrocedens dum fert vestigia cancer
Hispida saxosis terga relixit aquis.
Hunc genitrix facili cupiens præcedere gressu:
Talibus adloquiis præmonuisse datur.
Nec tibi transuerso placeant hæc deuia nate
Rursus in obliquos,nec velis ire pedes:
Sed iussu contempta ferens vestigia recto
Innocuos prono tramite siste gradus.
Cui natus.faciam si me præcesseris inquit,
Rectaq; monstrantem tutior ipse sequar.
Nam minus est stultum,cum tu prauissima tẽptes
Alterius censor vt vitiosa notes.

De Vento,& Viatore. IIII.

Immitis Boreas,placidusq; ad sidera Phœbus
Iurgia cum magno conseruere Ioue.
Quis prior inceptum peragat.mediũq; p orbem
Carpebat solitum forte viator iter.
Conuenit hanc potius liti persigere causam
Pallia nudato discutienda viro.
Protinus impulsus ventis circumtonat æther,
Et gelidus nimias depulit imber aquas.
Ille magis duplicem lateri circundat amictum

Turbida submotos quà trahit adra sinus.
Sed tenues radios paulatim crescere Phœbus
Iusserat: vt nimio surgeret igne iubar,
Donec laxa volens requiescere membra viator
Deposita fessus veste sederet humi.
Tunc victor docuit præsentia numina Titan
Nullum præmissis vincere posse minis.

De Asino, qui inuenit pellem Leonis. V.

Metiri se quemq; decet, propriisq; iuuari
Laudibus, alterius nec bona ferre sibi.
Ne detracta grauem faciant miracula risum
Cœperit in solis cum remanere malis.
Exuuias asinus getuli forte leonis
Ceperat. & spoliis induit ora nouis,
Aptauitq; suis icongrua tegmina membris,
Et miserum tanto pressit honore caput.
Ast vbi terribilis animo circunstetit horror,
Pigraq; præsumptis venit in ossa vigor.
Mitibus ille feris communia pabula calcans
Turbabat pauidas per sua rura boues.
Rusticus hunc magna postq̃ deprehendit ab aure
Correptum vinclis, verberibusq; domat.
Et simul abstracto denudans corpora tergo
Increpat his miserum vocibus ille pecus.
Forsitan ignotos mutato murmure fallis
At mihi qui quondam semper asellus eris.

De Rana, & Vulpe. VI.

Edita gurgitibus olimq; immersa profundo,
Et luteis tantum semper amica vadis

Ad ſuperos colles, herboſaq; prata recurrens,
Mulcebat miſeras turgida rana feras.
Callida q; poſſet grauibus ſuccurrere morbis,
Et vitam ingenio continuare ſuo.
Nec ſe Pæonio iactat ceſſiſſe magiſtro,
Quamuis perpetuos curet in orbe deos.
Tunc vulpes pecudum ridens aſtuta quietem
Verborum vacuam prodidit eſſe fidem.
Hæc dabit ægrotis inquit medicamina membris
Pallida cæruleus cui notat ora color.

De Cane notã habente, vt noſceret. VII.

Haud facile eſt prauis innatum mentibus, vt ſe
Muneribus dignas, ſupplicio ve putent.
Forte canis quondam nullis latratibus horrens,
Nec patulis primum rictibus ora trahens:
Mollia ſed pauidæ ſubmitens verbera caudæ
Concitus audaci vulnera dente dabat.
Hũc dominus ne quem probitas ſimulata lateret,
Iuſſerat in rabido gutture ferre notam.
Faucibus innexis crepitantia ſubligat æra,
Quæ facili motu ſigna cauenda darent.
Hæc tamen ille ſibi credebat præmia ferri,
Et ſimilem turbam deſpiciebat ouans.
Tunc inſultantem ſenior de plebe ſuperbum
Aggreditur tali ſingula voce mouens.
Infelix quæ tanta rapit dementia ſenſum
Munera pro meritis ſi cupis iſta dari.
Non hoc virtutis decus oſtentatur in ære
Nequitiæ teſtem ſed geris inde ſonum.

Contemptum propriis ſapientem viuere rebus,
Nec cupere alterius noſtra fabella monet.
Indignata cito ne ſtet fortuna recurſu,
Atq; eadem minuat quæ dedit ante rota.
Corporis immenſi fertur pecus iſte per auras,
Et magnum precibus ſollicitaſſe Iouem.
Turpe nimis cunctis irridendumq; videri
Inſignes geminis cornibus ire boues:
Et ſolum nulla munitum parte camelum
Abiectum cunctis expoſitumq; feris.
Iuppiter arridens poſtq̄ ſperata negauit,
Inſuper & magnæ ſubſtulit auris onus.
Viue minor merito cui ſors non ſufficit inquit,
Et tua perpetuum liuide damna geme.

De duobus ſociis,& Vrſa. VIIII.

Montibus ignotis,curuiſq; in vallibus arctum
Cum ſocio quidam ſuſcipiebat iter.
Securus quodcunq; malum fortuna tuliſſet
Robore collato poſſet vterq; pati.
Cumq; per inceptum vario ſermone feruntur
In mediam præceps conuenit vrſa viam.
Horum alter facili comprehendens robora curſu
In viridi trepidum fronde pependit onus.
Ille trahens nullo iacuit veſtigia greſſu
Exanimem fingens ſponte relíſus humi.
Continuo prædam cupiens fera ſæua cucurrit,
Et miſerum curuis vnguibus ante leuat.
Verum vbi concreto riguerunt membra timore,

Nam solitus mentis liquerat ossa calor.
Tunc olidum credens, quamuis ieiuna, cadauer
Deserit: & lustris conditur vrsa suis.
Sed cum securi paulatim in verba redissent
Liberior iusto qui fuit ante fugax.
Dic sodes quid nam trepido tibi rettulit vrsa,
Nam secreta diu, multaq; verba dedit.
Magna quidē monuit. tūc hæc quoq; maxīa iussit
Quæ misero semper sunt facienda mihi.
Ne facile alterius repetas consortia dixit
Rursus ab insana ne capiare fera.

De Caluo equite. X.

Caluus eques capiti solitus religare capillos,
Atq; alias nudo vertice ferre comas:
Ad campum nitidis venit conspectus in armis,
Et facilem frenis flectere cœpit equum.
Huius ab aduerso Boreæ spiramina perflant
Ridiculum populo conspiciente caput.
Nam mox deiecto nituit frons nuda galero
Discolor apposita quæ fuit ante coma.
Ille sagax tantis q̄ risus millibus esset,
Distulit admota calliditate iocum.
Quid mirum referens positos fugisse capillos?
Quem prius æquæuæ deseruere comæ.

De duobus Ollis Ærea, & Lutea. XI.

Eripiens geminas ripis cedentibus ollas
Insanis pariter flumen agebat aquis:
Sed diuersa duas ars: & natura creauit,
Ære prior fusa est, altera ficta luto.

Dispar erat fragili & solidæ concordia motus,
Incertumq; vagus amnis habebat iter.
Ne tamen elixam confingeret ærea testam
Iurabat solitam longius ire viam.
Illa timens ne quid leuibus grauiora nocerent,
Et quia nulla breui est cum meliore fides.
Quamuis securam verbis me feceris inquit,
Nam timor exanimo discutiendus erit.
Nam me siue tibi: seu te mihi conferat vnda
Semper ero ambobus subdita sola malis.

De Rustico, qui inuenit Thesaurum. XII.

Rusticus impresso molitus vomere terram
Thesaurum sulcis prosiluisse videt.
Mox indigna animo properante relinquit aratra,
Semina compellens ad meliora boues.
Continuo supplex telluri construit aras,
Quæ sibi depositas sponte dedisset opes.
Hunc Fortuna nouis gaudentem prouida rebus
Admouet, indignam se quoq; thure dolens.
Nunc inuenta meis non prodis munera templis,
Atq; alios mauis participare deos.
Sed cum subrepto fueris tristissimus auro
Me primam lachrymis sollicitabis inops.

De Tauro, & Leone. XIII.

Immensum taurus fugeret cum forte leonem,
Tutaq; desertis quæreret antra viis:
Speluncam reperit, quam tunc hirsutus habebat
Cinyphei ductor qui gregis esse solet.
Post vbi summissa meditantem irrumpere fronte

Obuius obliquo terruit ore caper.
Tristis abit, longaq; fugax de valle locutus,
Nam timor expulsum iurgia ferre vetat.
Non te demissis setosum putride barbis,
Illum qui superest consequiturq; tremo.
Nam si discedat nosces stultissime quantum
Discrepat a tauri viribus hircus olens.

De Ioue, Simia, & nato. XIIII.

Iuppiter in toto quondam quæsiuerat orbe
Munera natorum quis meliora daret.
Certatim ad regem currit genus omne ferarum,
Permixtumq; homini cogitur ire pecus.
Sed nec squamigeri desunt ad iurgia pisces,
Vel quicquid volucrum purior aura vehit.
Inter quos trepidæ ducebant pignora matres
Iudicio tanti discutienda dei.
Tunc breuis informem traheret cum simia natum,
Ipsum etiam in risum compulit ire Iouem.
Hanc tamen ante alios rupit turpissima vocem,
Cum generis crimen sic abolere cupit:
Iuppiter hoc norit maneat victoria si quem
Iudicio superest omnibus iste meo.

De Grue, & Pauone. XV.

Threicia volucrem fertur Iunonius ales
Communi sociam continuisse cibo.
Namq; inter varias fuerat discordia formas,
Magnaq; de facili iurgia lite trahunt.
Quod sibi multimodo fulgerent membra decore,
Cæruleam facerent liuida terga gruem:

Et ſimul erectæ circundans tegmina caudæ,
Sparſerat arcanum rurſus in aſtra iubar.
Illa licet nullo pennarum certet honore,
His tamen inſultans vocibus vſa datur.
Quamuis innumerus plumas variauerit ordo
Merſus humi ſemper florida terga geris:
Aſt ego deformi ſublimis in aere penna
Proxima ſideribus, numinibuſq; feror.

De Quercu, & Arundine. XVI.

Montibus e ſummis radicitus eruta quercus
Decidit inſani turbine victa Noti:
Quam timidis ſubter decurrens alueus vndis
Suſcipit, & fluuio præcipitante rapit.
Verum vnde diuerſis impellitur ardua ripis
In fragiles calamos grande reſedit onus.
Tunc ſic exiguo connectens ceſpite ramos,
Miratur liquidis quod ſtet arundo vadis.
Se quoq; tam vaſto nedum conſiſtere trunco,
Aſt illam tenui cortice ferre minas.
Stridula mox blando reſpondit canna ſuſurro:
Seq; magis tutam debilitate docet.
Tunc rapidos inquit ventos, ſæuaſq; procellas
Deſpicis, & totis viribus acta ruis.
Aſt ego ſurgentes paulatim demoror Auſtros,
Et quamuis leuibus prouida cedo Notis.
Et tua præruptis offendit robora nimbus,
Motibus aura meis ludificata perit.
Hæc nos dicta mouent magnis obſiſtere fruſtra,
Paulatimq; truces exſuperare minas.

De Venatore, & Tigri. XVII.

Venator iaculis haud irrita vulnera torquens
  Turbabat pauidas per ſua luſtra feras.
Tunc pauidis audax cupiens ſuccurrere tigris
  Verbere commotas iuſſit adeſſe minas.
Ille tamen ſolito contorquens tela lacerto,
  Nunc tibi qualis eram nuntius iſte refert.
Et ſimul emiſſum tranſegit vulnera ferrum,
  Præſtrinxitq; citos haſta cruenta pedes.
Molliter affixum traheret cum ſaucia telum
  A trepida fertur vulpe retenta diu.
Dicq; quis ille foret, qui talia vulnera ferret,
  Aut vbi nam iaculum delituiſſet agens:
Illa gemens fractoq; loqui vix murmure cœpit,
  (Nam ſolitas voces ira, dolorq; rapit.)
Nulla quidem medio conuenit in aere forma,
  Quæq; oculis olim ſit repetenda meis.
Sed cruor & validis in nos directa lacertis
  Oſtendunt aliquem tela fuiſſe virum.

De quatuor Tauris, & Leone. XVIII.

Quattuor immenſis quōdam per prata iuuencis
  Fertur amicitiæ tanta fuiſſe fides:
Vt ſimul emiſſos nullus diuelleret error,
  Rurſus & e paſtu turba rediret amans.
Hos quoq; collatis inter ſe cornibus ingens
  Dicitur in ſiluis pertimuiſſe leo.
Dum metus oblatam prohibet tentare rapinam,
  Et cum iuratos horret adire boues.
Sed quamuis audax, factiſq; minacior eſſet

Tantorum ſolus viribus impar erat.
Protinus aggreditur prauis inſiſtere verbis:
Colliſum cupiens diſſociare pecus.
Sed poſtq̄ dictis animos diſiunxit acerbis
Inuadit miſerum, diripuitq; gregem.
Tunc quidam ex illis vitam ſeruare quietam
Qui cupit ex noſtra diſcere morte poteſt.
Neue cito admotas verbis fallacibus aures
Impleat, aut veterem deſerat ante fidem.

De Abiete, & Dumo. XIX.

Horrentes dumos abies pulcherrima riſit,
Cum facerent formæ iurgia magna ſuæ.
Indignum referens cunctis certamen haberi,
Quod meritis nullus conſociaret honor.
Nam mihi deductum ſurgens in nubila corpus
Verticis erectas tollit in aſtra comas.
Puppibus & patulis media conſede locamur,
In me ſuſpenſos explicat aura ſinus.
At tibi deformem q; dant ſpineta figuram
Deſpectum cuncti præteriere viri.
Ille refert nunc læta quidem bona ſola fateris,
Et noſtris frueris imperioſa malis.
Sed cum pulchra minax ſuccidit membra ſecuris:
Quam velles ſpinas tunc habuiſſe meas.

De Piſcatore, & Piſce. XX.

Piſcator ſolitus prædam ſuſpendere ſeta
Exigui piſcis vile trahebat onus,
Sed poſtq̄ ſuperas captum perduxit ad auras,
Atq; auido fixum vulnus ab ore tulit,

Parce precor supplex lachrymis ita dixit abortis,
Nam quanta ex nostro corpore damna feres.
Non me saxosis genitrix fœcunda sub antris
Fudit, & in propriis ludere iussit aquis.
Tolle minas, tenerumque tuis sine crescere mensis
Hæc tibi me rursum littoris ora dabit.
Protinus immensi depastus cærula ponti
Pinguior ad calamum sponte redibo tuum:
Ille nefas captum referens absoluere piscem
Difficilis queritur casibus esse vices:
Nam miserum est īquit præsentem amittere p̄dam,
Stultius est rursum vota futura sequi.

De Cassita aue, & Filiis. XXI.

Paruula progeniem terræ mandauerat ales
Qua stabat viridi cespite flaua seges.
Rusticus hanc fragili cupiens decerpere culmo,
Vicinam supplex forte petebat opem:
Sed vox inplumes turbauit credula nidos,
Suaserat & laribus continuare fugam.
Cautior hos remeans prohibet discedere mater,
Nam quid ab externis perficietur ait.
Ille iterum charis operam mandauit amicis,
At genitrix rursus tutior inde manet.
Sed postq̄ curuas dominum comprehēdere falces
Frugibus, & veram sensit adesse manum.
Tunc ait o miseri dilecta relinquite rura,
Cum spem de propriis viribus ille petit.

De Cupido, & Inuido. XXII.

Iuppiter ambiguas hominum prædiscere mentes
Ad terras Phœbum misit ab arce poli.

Tunc duo diuersis poscebant numina votis:
Namq; alter cupidus, inuidus alter erat.
His quoq; se medium Titan scrutatus vtrunq;
Obtulit: & precibus vt peteretur ait.
Præstandi facilis: nam quæ rogauerat vnus,
Protinus hæc alter cum geminata feret.
Sed cui longa iecur nequeat satiare cupido
Distulit admotas in noua damna preces.
Spem sibi confidens alieno crescere voto,
Seq; ratus solum munera ferre duo.
Ille vbi captantem socium sua præmia vidit
Supplicium proprii corporis optat ouans.
Nam petit extinctus vt lumine degeret vno,
Alter vt hoc duplicans viuat vtroq; carens.
Tunc sortem capiens humanam risit Apollo,
Inuidiæq; malum rettulit ipse Ioui.
Quæ dum prouentis aliorum gaudet iniquis
Lætior infelix & sua damna cupit.

De Venditore, & Baccho. XXIII.

Venditor insignem referens de marmore Bacchũ
Expositum pretio fecerat esse deum.
Nobilis hunc quidam funesta in sede sepulchri
Mercari cupiens compositurus erat.
Alter adoratis vt ferret numina templis,
Redderet & sacro debita vota loco.
Nunc ait ambiguum facies de mercibus omen,
Cum spes in pretium munera dispar agat.
Si me defunctis, seu mauis tradere diuis,
Siue decus busti si velis esse deum:

Subdita namq; tibi magni reuerentia fati,
Atq; eadem retines funera nostra manu.
Conuenit hoc illis, quibus est præmissa potestas
An præstare magis: seu nocuisse velint.

De Venatore, & Leone. XXIIII.

Certamen longa protractum lite gerebant
Venator quondam nobilis: atq; leo.
Hii cum perpetuum cuperent in iurgia finem.
Edita continuo forte sepulchra vident.
Illic docta manus flectentem colla leonem
Fecerat in gremio procubuisse viri,
Scilicet affirmans pictura teste superbum
Se fieri extinctam nam decet esse feram.
Ille graues oculos ad inania signa retorquens
Infremit, & rapido pectora verba dedit.
Irrita te generis subit fiducia nostri:
Artificis testem si cupis esse manum:
Quod si nostra nouum caperet solertia sensum,
Scalperet vt docili police saxa leo.
Tunc hoiem aspiceres oppressũ murmure magno,
Conderet vt rapidis vltima facta genis.

De Fure, & Puero. XXV.

Flens puer extrema putei consedit in ora,
Vana superuacuis rictibus ora trahens.
Callidus hunc lachrymis postq̃ fur vidit abortis,
Quænam tristitiæ sit modo causa rogat.
Ille sibi abrupti fingit discrimina funis,
Atq; auri queritur desiluisse cadum.
Nec mora sollicitam traxit manus improba mẽtẽ

Exutus putei protinus ima petit.
Paruulus exiguo circundans pallia collo
Sentibus immersus delituisse datur.
Sed post fallaci suscepta pericula voto
Tristior amissa veste resedit humi.
Dicitur his solers vocem rupisse querelis,
Et gemitu summos sollicitasse deos.
Perdita quisquis erit post hæc bene pallia credat,
Qui putat in liquidis q natet vrna vadis.

De Leone,& Capella. XXVI.

Viderat excelsa pascentem in rupe capellam
Cominus esuriens cum leo ferret iter:
Et prior heus inquit præruptis ardua saxis
Linque,nec hirsutis pascua quære iugis.
Sed cytisi croceum per prata virentia florem,
Et salices glaucas:& thyma grata pete.
Illa gemens desiste precor fallaciter inquit
Securam placidis insimulare dolis.
Vera licet moneas maiora pericula tollas,
Tu tamen his dictis non facis esse fidem.
Nam quamuis rectis constet sententia verbis
Suspectam hanc rapidus consiliator habet.

De Cornice,& Vrna. XXVII.

Ingentem cornix sitiens aspexerat vrnam,
Quæ minimam fundo continuisset aquam.
Hanc enisa diu planis effundere campis,
Scilicet vt nimiam pelleret inde sitim.
Postq̄ nulla viam virtus dedit:admouet omnes
In dignata noua calliditate dolos.

Nam breuis immersis acrescens sponte lapillis
Potandi facilem præbuit vnda viam.
Viribus hoc docuit q̃ sit prudentia maior:
Quæ cœptum volucris explicuisset opus.

De Rustico,& Iuuenco. XXVIII.

Vincla recusanti,dedignantiq; iuuenco
Aspera mordaci subdere colla iugo,
Rusticus obliqua subcidens cornua falce
Credidit insanum defremuisse pecus.
Cautus & immenso ceruicem innectit aratro,
Namq; erat hic cornu promptior atq; pede,
Scilicet vt longus prohiberet verbera temo,
Ne ve ictus faciles vngula sæua daret.
Sed postq̃ irato detractans vincula collo
In meritam vacuo calce fatigat humum.
Continuo euersam pedibus dispersit arenam,
Quam ferus in domini ora sequentis agat.
Tunc sic informi squallentes puluere crines
Discutiens imo pectore victus ait.
Ni mirum exemplum naturæ deerat iniquæ,
Quo fieri posset cum ratione nocens.

De Custode,& Viatore. XXIX.

Horrida congestis cum staret bruma pruinis,
Cunctaq; durato stringeret arua gelu,
Hæsit ibi aduersa nimborum mole viator
Perdita nam prohibet semita ferre gradum.
Hunc nemorum custos fertur miseratus in antro
Exceptum Satyris continuisse suo.
Quem simul aspiciens ruris miratur alumnus,

Vimq;

Vimq; homini tantam protinus esse pauet.
Nam gelidos artus vitæ vt reuocaret in vsum
Afflatas calido soluerat ore manus.
Sed cum cœpisset depulso frigore lætus
Hospitis eximia sedulitate frui:
Namq; illi agrestem cupiens ostendere vitam
Siluarum referens optima quæq; dabat.
Obtulit & calido plenum cratera Liæo,
Laxet vt infixus frigida membra tepor.
Ille vbi feruentem labiis contingere testam
Horruit, algenti rursus ab ore sufflat.
Obstupuit duplici monstro præterritus hospes,
Expulsum & siluis longius ire iubet:
Nolo ait vt nostris vnq̃ successerit antris
Tam diuersa duo qui simul ora ferat.

De Rustico, & Sue quodam. XXX.

Vastantem segetes, & pinguia culta ruentem
Liquerat abscissa rusticus aure suem,
Vt memor accepti referens monumenta doloris,
Alterius teneris parceret ille satis.
Rursus in excepti deprehensus crimine campi
Perdidit indictæ perfidus auris onus.
Nec mora prædictæ segeti caput intulit horrens,
Pœna sed indignum congeminata facit.
Tunc domini captum mensis dedit ille superbis,
In varias epulas plurima frusta secans.
Sed cum consumpti dominus cor quæreret apri
Impatiens fertur cor rapuisse cocus.
Rusticus hoc iustam verbo compescuit iram

Adfirmans ſtultum non habuiſſe ſuem.
Nam cur nimborum demens in damna rediſſet,
Vtq; vno toties poſſet ab hoſte capi.
Hæc illos deſcripta monent qui ſæpius auſi
Nunq̃ a peccatis abſtinuere manus.

De Boue,& Mure. XXXI.

Ingentem fertur quondam mus paruus oberrans
Auſus ab exiguo lædere dente bouem.
Verum vbi mordaci confecit vulnera roſtro
Tutus in anfractus conditur inde ſuos.
Ille licet vaſta toruum ceruice minetur,
Non tamen iratus quem petat eſſe videt.
Tunc indignantem iuſto ſermone fatigans
Diſtulit hoſtiles calliditate minas.
Non quia magna tibi tribuerunt mẽbra parentes
Viribus affectum conſtituere tuis.
Diſce tamen breuibus quæ ſit fiducia monſtris,
Et facias quicquid paruula turba cupit.

De Ruſtico,& Curru. XXXII.

Hærentem luteo ſub gurgite ruſticus axem
Liquerat,& nexos ad iuga tarda boues.
Fruſtraq; depoſitis confidens numina votis
Ferre ſuis rebus cum reſideret opem.
Cui rector ſummis Tyrinthius infit ab aſtris,
(Nam vocat hunc ſupplex in ſua vota deum)
Perge laborantes ſtimulis agitare iuuencos,
Et manibus pigras diſce iuuare rotas.
Tunc quoq; congreſſus maioraq; viribus auſus
Fac ſuperos animis conciliare tuis.

Disce tamen pigris non flecti numina votis,
Præsentesq; adhibe cum facis ipse deos.

De Ansere faciente Oua aurea. XXXIII.

Anser erat cuidam pretioso germine fœta,
Ouaq; quæ nidis aurea sæpe daret.
Fixerat hanc volucri legem natura superbæ,
Ne liceat pariter munera ferre duo.
Sed dominus cupidum sperans vanescere votum
Non tulit exosas in sua lucra moras.
Grande ratus pretium volucris de morte referre,
Quæ tam continuo munere diues erat.
Postq̄ nuda minax egit per viscera ferrum:
Et vacuam solitis fœtibus esse videt.
Ingemuit tantæ deceptus crimine fraudis,
Nam pœnam meritis rettulit inde suis.
Sic quicunq; deos vno male tempore poscunt.
Iustius his etiam vota diurna negant.

De Formica,& Cicada. XXXIIII.

Quisquis torpentem passus transire iuuentam,
Nec timuit vitæ prouidus ante mala:
Confectus senio postq̄ grauis adfuit ætas,
Heu frustra alterius sæpe rogauit opem.
Solibus ereptos hiemi formica labores
Distulit,& breuibus condidit ante cauis.
Verum vbi cadentes suscepit terra pruinas,
Aruaq; sub rigido delituere gelu:
Pigra nimis tantos non æquans corpore nimbos
In propriis laribus humida grana legit.
Decolor hanc precibus supplex alimenta rogabat,

Quæ contra querulo ruperat arua sono.
Se quoq; maturas contenderet area messes
Cantibus æstiuos explicuisse dies.
Paruula tunc ridens sic est affata cicadam,
(Nam vitam pariter continuare solent)
Mi quoniam summo substantia parta labore est
Frigoribus mediis otia longa traho.
At tibi saltandi nunc vltima tempora restant,
Cantibus est quoniam vita peracta prior.

De Simia pariente. XXXV.

Fama est q; geminum profundens simia partum
Diuidit in varias pignora nata vices.
Namq; vnum charo genitrix aduxit amore,
Alteriusq; odiis exaturata tumet.
Cœperat vt fœtam grauior terrere tumultus
Dissimili natos conditione rapit.
Dilectum manibus vel pectore gestat amico,
Contemptum dorso suscipiente leuat.
Sed cum laxatis nequeat consistere plantis,
Oppositum fugiens sponte remisit onus.
Alter ab hirsuto circundans brachia collo
Hæret:& inuicta cum genitrice fugit.
Mox quoq; dilecti succedit in oscula fratris
Seruatur vetulis vnicus hæres auis.
Sic multos neglecta iuuant,atq; ordine verso
Spes humiles rursus in meliora refert.

De Boue,& Vitulo. XXXVI.

Pulcher ab intacta vitulus ceruice resultans
Scindentem assidue viderat arua bouem.
Non pudet heus inquit longæuo vincula collo

Ferre,nec expositis otia nosce iugis:
Cum mihi subiectas pateat discursus in herbas,
Et nemorum liceat rursus opaca sequi.
At senior nullam verbis compulsus in iram
Vertebat solitam vomere fessus humum.
Donec deposito per prata liceret aratro
Molliter herboso procubuisse toro.
Mox vitulum sacris innexum respicit aris
Admotum cultro cominus ire prope.
Hanc tibi tristis ait dedit indulgentia mortem,
Expertem nostri quæ facit esse iugi.
Proderit ergo graues quamuis perferre labores
Otia q̃ tenerum mox peritura pati.
Est hominum sors ista magis felicibus: vt mors
Sit cita,cum miseros vita diurna regat.

De Cane,& Leone. XXXVII.

Pinguior exhausto canis occurrisse leoni
Fertur,& insertis verba dedisse iocis.
Non ne vides duplici tendantur vt ilia tergo,
Luxurietq; thoris nobile pectus ait.
Proximus humanis ducor post otia mensis
Communem capiens largius ore cibum.
Sed quid grassa malum circundat guttura ferrum.
Ne custodita fas sit abire domo.
At tu magna diu moribundus lustra pererras:
Donec se siluis obuia præda ferat.
Perge igitur nostris tua subdere colla catenis,
Dum liceat faciles promeruisse dapes.
Protinus ille grauem gemitu collectus in iram,
Atq; ferox animi nobile murmur agit. L iii

Vade ait,& meritis nodum ceruicibus infer,
Compensentq; tuam vincula dura famem.
At mea cum vacuis libertas redditur antris,
Quamuis ieiunus quælibet arua peto.
Has illis epulas potius laudare memento,
Qui libertatem postposuere gulæ.

De Pisciculo,& Phoca. XXXVIII.

Dulcibus e stagnis fluuio torrente coactus
Æquoreas præceps piscis obibat aquas.
Illic squāmigerum despectans improbus agmen
Eximium sese nobilitate refert.
Non tulit expulsum patrio sub gurgite phocas,
Verbaq; cum salibus asperiora dedit.
Vana laboratis aufer mendacia dictis,
Quæq; refutari te quoq; teste queant.
Nam quis erit potior populo spectante probabo,
Si pariter captos humida lina trahant.
Tunc me nobilior magno mercabitur emptor,
Te simul ære breui debile vulgus emet.

De Milite,& Tuba. XXXIX.

Vouerat atritus quondam per prælia miles
Omnia suppositis ignibus arma dare:
Vel quia victori moriens sibi turba dedisset,
Vel quicquid profugo posset ab hoste capi.
Interea votis sors affuit.& memor arma
Cœperat accenso singula ferre rogo.
Tunc lituus rauco defendens murmure culpam
Immeritum flammis se docet esse prius.
Nulla tuos inquit petierunt tela lacertos
Viribus affirmes quæ tamen acta meis.

Sed tantum ventis,& cantibus arma coegi,
Hoc quoq; summisso testor ad astra sono.
Ille resultantem flammis crepitantibus addens,
Nunc te maior ait pœna,dolorq; rapit.
Nam licet ipse nihil possis tentare nec ausus
Sæuior hoc alios q; facit esse malos.

De Pardo,& Vulpe. XL.

Distinctus maculis,& pulchro pectore pardus
Inter dissimiles cœperat ire feras.
Sed quia nulla graues variarent terga leones,
Protinus his miserum credidit esse genus.
Cætera sordenti damnans animalia vultu,
Solus in exemplum nobilitatis erat.
Hunc arguta nouo gaudentem vulpes amictu
Corripit,& vanas approbat esse notas.
Vade ait,& pictæ nimium confide iuuentæ,
Dum mihi consilium pulchrius esse queat.
Miremurq; magis quos munera mentis adornant:
Quam qui corporeis enituere bonis.

De Imbre,& Olla. XLI.

Impulsus ventis,& pressa nube coactus
Ruperat hibernis se grauis imber aquis.
Cũq; per effusas stagnaret turbine terras
Expositum campis fictile pressit opus.
Mobile namq; lutum tepidus prius instruit aer,
Discat vt admoto rectius igne coqui.
Tunc nimbus fragilis perquirit nomina testæ
Immemor illa sui amphora dicor ait.
Nunc me docta manus rapiente volumina gyro
Molitor obliquũ iussit habere latus.

Hactenus hac inquit liceat constare figura,
Nam te subiectam diluet imber aquis.
Et simul accepto violentius amne fatiscens
Pronior in tenues victa cucurrit aquas.
Infelix quæ magna sibi cognomina sumens
Ausa pharetratis nubibus ista loqui.
Hæc poterunt miseros post hæc exempla monere.
Subdita nobilibus vt sua facta gemant.

De Lupo, & Hædo. XLII.

Forte lupum melior cursu deluserat hædus
Proxima vicinis dum petit arua casis.
Inde fugam recto tendens in mœnia cursu
Inter lanigeros astitit ille greges.
Impiger hunc raptor, mediamq; secutus in vrbẽ
Temptat compositis sollicitare dolis.
Non ne vides inquit cunctis vt victima templis,
Immitemq; gemens morte cruentat humum.
Quod nisi securo valeas te reddere campo,
Hei mihi vittata tu quoq; fronte cades.
Ille refert modo quam metuis precor exue curam,
Et tecum viles improbe tolle minas:
Nam sat erit sacrum viuis fudisse cruorem,
Quam rapido fauces exaturare lupo.
Sic quoties duplici subeuntur tristia casu,
Expedit insignem promeruisse necem.

Æsopi fabularum XLII. Finis.

Domicus Palladius Soranus Pollioni Va-
dio Sacerdoti venerando. S. P. D.

Iam pridem tuo sermoni de Abstemio frequenti literatorũ cõsessu Pollio venerande nõ inuitus iterfui. Quum minime ptextatis (vt ita dicã) laudibus hoiem celebrares, adeoq; in arcem euasisti, vt nemo sane (mea sententia) eũ cumulatius laudare potuerit. Mox inde secedẽs, diu hæc oĩa mecum animo volutabam, vnde tanta conflueret laudationis abũdãtia, vñ tanta nõ vulgaris obseruãtia emanaret, vnde deniq; amicitia adeo perfecta exoriret̃. proculdubio non aliũde mecũ tandẽ collegi, q̃ ex præclaræ eius virtutis noie pficisci, cuius qdem vis magna, & ppotẽs est. Quáobrem nõ possum pfecto nõ suspicere ingeniũ tuũ sublime, tuumq; aium virtutibus fultũ, diligẽtius non admirari, qui neq; ambitiõe, neq; inuidia, neq; aliquo alio liuore deuincit̃. Si qdẽ oẽs quas meret̃ Abstemius noster laudes nõ trãsis silẽtio, imo ad illas ipas cumulãdas, ob eius incredibilẽ eloqn-tiã, singularẽq; doctrinã vltro accedis, idq; haud ab re, quũ pater oium elegãtiaꝝ, atq; idem lepoꝝ oium merito sit, & hẽat̃. Et vt hæc clariora luce, non officii gratia, aut temere dicant̃, quotidie quodã mõ aliqua eius laboꝝ monumẽta existere uidemus, q̃ vndiq; summa verboꝝ cõcinnitate, pspicacissimisq; sentẽtiis scatẽt. nã qd mõ dicã de hoc Apologoꝝ libello nup impsso? in quo pspicua, ac insignis eius ingenii amœnitas nõ absq; laude maxima redũdare videt̃. Quare nõ vereor, vt is remisso cuiuscunq; aio pessum eat, Abstemioq; (absit inuidia verbo) oium q̃ iucũdissimo detrahat̃. Cui & te, & me ob tanti eius nominis celebritatem, nulla vnq̃ in re defuturos esse liquido constabit. Vale.

LAVRENTIVS ABSTEMIVS OCTAVIANO VBALDI// NO COMITI MERCA TELLI.S.P.D.

EDiturus hunc Apologorum libellum, quem de nu mero fabularum Hecatomythium nũcupaui, mul/ tum diuq; dubitaui Octauiane Princeps ĩclyte, tuo ne eum nomini potiſſimum dedicarem? Nam quũ tuam in me non ſine plurimis beneficiis perſpicerem beneuolen tiam, non aliquid mearum vigiliarum tibi deuouere, in// gratiſſimi hominis eſſe videbatur. Rurſus quum tuorũ in me officiorum numerum, diuinaſq; virtutes tuas mecũ ipſe reuoluerem, indignum tantis meritis, tantaq; ſapien/ tia munuſculum hoc eſſe cernebam. Hanc tandem dubita tionẽ meã amouit humanitas & prudentia tua, qua non tã res tibi dono datas, q̃ offerentium voluntatem ſoles inſpi/ cere. Addidit quoq; mihi animum Guidus Vbaldus clã// riſſimus Dux, & Princeps meus, omni laude maior, qui opuſculum meum de nonnullis locis obſcuris ſuperiori anno ei dedicatum, vultu ita placido, & ſerena fronte ſuſce pit, vt ſperare merito poſſem, hoc tibi qualecunq; fore nõ ingratum. Non mediocriter etiam me incitarunt, Georgi us Emus pro Venetis hic agens legatus, non ſolum patri// tia nobilitate, verum etiam bonarum artiũ ſtudiis clarus: & Carolus Verardus Cæſenas Archidiachonus Cæſenæ & Alexandri Pontifi. Maximi Cubicularius. Vir omni li terarum genere præſtans, nec non Renatus Melioratus, & Robertus Vrſus Ariminenſes, iuris conſulti clariſſimi,

nec minus, quæ humanitatis vocant ſtudiis eruditi. Hi.n. aliiq; complures optimi harum rerum cenſores, quũ hunc libellum legiſſent, multis me verbis ſunt ad editionem co/hortati. Non putaui igit̃, tam humano Principi, hoc mu/nus ingratum futurum, quod tot eruditis viris ante pla//cuiſſe cognoueram. Accipe igitur hoc quicquid eſt libelli ab Abſtemio tuo, cuius mentem, animumq; ſi penitus poſ ſes inſpicere, in hac tenui re, magnum munus tibi iudica//res oblatum. Ne quis autem inutilem, & inanem hunc me/um ſcribendi laborem exiſtimaret, præfaciunculam quan/dam præponendam cenſui, qua intelligeretur doctos etiã, & claros viros, in magnis rebus huiuſmodi fabulis, non voluptatis tantum, verum etiam vtilitatis gratia delecta//tos. Sedulo dedimus operam, vt ſeria potius, q̃ iocos ſape/rent. vnde ridiculas multas, quæ inter componendum ſeſe mihi offerebant conſulto præterii, quia nimis laſciuæ, & tã ti Principis grauitate mihi videbantur indignæ. Non ta//men ita agreſtis eſſe volui, quin eas aliqua vrbanitate aſper gerem: maxime ad Principem ſcribens, quum Prĩcipes cu rarum mole preſſi, ſoleant interdum recreandi animi gra//tia iocos appetere. Vale.

Eiuſdem Abſtemii Procemium.

Cogitanti mihi varia ſcriptorum genera, qui vt humanæ vi tæ prodeſſent, cogitationes ſuas literarũ mãdauere memo/riæ, qui Apologos ſcripſere, non poſtremo loco digni eſſe videntur. Non.n.modo mortaliũ animos incredibili qua dam afficiũt voluptate, verũ etiam ad res honeſtas, vtileſq; peragendas ſuis fabellis magis q̃ philoſophi ſuis p̃ceptis alliciũt. Nam ita in legẽtiũ animos quadã iucũditate pene

trant,& quibusdam similitudinibus, quæ maxime ad commouendos animos valent, quid vitandum, faciendumq; sit, ostendunt, vt omnes etiam inuiti, illis assentire cogantur. Sensus enim audiendi fastidiosissimus, res etiam vtiles, honestasq;, haud facile admittit, ni fuerint aliqua vrbanitate conditæ. Testis quidam Orator Atheniensis, qui ad Athenienses verba faciens, quom eos minus attentos videret, rogauit vt saltem fabulam audire dignarentur. Quo impetrato. Ceres inquit, & Hirundo, & Anguilla simul iter facientes, ad quendam fluuium peruenerunt. Hirundo quidem superuolauit, Anguilla autem amnem tranauit. Quod quom dixisset, obticuit. Interrogantibus autem illis, quid Ceres egisset. Vobis inquit Dea vestra succensuit, qui eos, qui vobis vtilia suadent audire nolentes, tam attentis auribus confabulantes auditis. Quantam vim Apologi habeant ad animos commouendos, quom multis possem, tribus ero contentus exemplis ostendere. Samiis Rectorem Populi morti addicere volentibus, Æsopus hac fabella dissuasit, dicens. Vulpem quendam fluuium transeuntem in lacunam fuisse propulsam. Vnde quom exire non posset, tenaci limo retenta, muscarum affligebatur aculeis. Quod Herinaceus conspicatus, misericordia motus est, interrogauitque, an vellet, vt ab ea muscas abigeret. At illa abnuit dicens: Hæ meo sanguine iam plenæ, paruam mihi possunt inferre molestiam. Si autem has abegeris, aliæ famelicæ superuenient, quæ quicquid mihi superest sanguinis exhaurient. Ita o viri Samii vobis eueniet, si enim hunc Rectorem vestrum iam locupletem occideritis, alios eligatis necesse

est, qui dum se opibus volet implere, quicquid hic vobis reliquit, eripient. His verbis moniti Samii, ab incepto destitere. Hac ratione adductus Tiberius Cæsar diurnos magistratus dabat, vnde (vt refert Iosephus) sub eo, per viginti annorum spatia, per duos tantum præsides, Gratum scilicet, & Pilatum est gubernata Iudæa. Non parcit populis regnum breue, vt inquit Statius. Himerenses, Phalaridem Agrigentinorum Tyrannum Ducem exercitus sui eligere volentes, Stesichorus Poeta hoc Apologo deterruit: Equus dicens solus pascebat in prato. Adueniente autem Ceruo, & pascua corrumpente, consuluit hominem, qua posset illum arte punire. Cui homo, si frenum inquit acceperis, & me armatum dorsum tuum ascendere permiseris. Quum huic consilio esset obsecutus, Ceruum quidem hominis auxilio victor abegit. Sed non amplius hominem dorso, non frenum depulit ore. Ita inquit Stesichorus viri Himerenses vobis eueniet, si Phalaridē Ducem efficietis. Hostes quidē vestros punietis, sed huic Tyranno perpetuo seruietis. Quibus verbis territi Himerenses huiusmodi Ducis eligendi consilium deposuere. Quū Populus Romanus ab senatu secessisset, q; tributū, & militiam toleraret, nec vllo pacto reduci posset, nonne Agrippa Menenius eum hoc Apologo reuocauit? Olim inquiens Quirites, humani artus, ventrem ociosum, & desidem intuentes, ab eo discordarunt, nec amplius illi cibum ministrare decreuerunt. Sed quum ipsi quoq;, alimenta illi denegando, quæ per omnia membra deferuntur, deficerent, cum eo in gratiam redierunt. Eodem inquit modo Senatus, & Populus quasi venter, & mēbra, alter alterius auxi-

lio indigent, & vt diſcordia intereunt, ita cōcordia valēt. Qua fabula Populus reuocatus, cum Senatu in gratiam rediit. Non immerito igitur nō ſolum Græci, & latini Poetæ, vt Heſiodus, & Horatius huiuſmodi fabulas ſuis operibus inſeruerunt, verum etiam maximi, & celeberrimi Philoſophi, vt Plato, Ariſtoteles, Plutarchus, & multi alii, eas plurimum commendarunt, & ad īſtitutionem moralis, & ciuilis vitæ non minimum facere arbitrati ſunt. Quo circa Omnibonus Leonicenus, & Laurentius Valla viri ætatis noſtræ doctiſſimi, paucos Æſopi Apologos e græco in latinum vertere ſibi laudi, cæteris vero voluptati, & vtilitati fore non dubitarunt. Et iure quidem. Leguntur enim, & ī doctiſſimorum virorum manibus quotidie verſant̄. Non video igitur cur has componendo fabulas laude fraudari debeam, quam cæteri latini ex tranſlatione conſecuti ſunt, niſi adeo inuidiſſimus, vt latinis licere non putemus, quod Græcis eſt cum ſumma omnium laude conceſſum.

De Mure in Ciſta nato. Fabula. I.

Mus in Ciſta natus, oēm fere ibi duxerat ætatē, nucibus paſtus, q̄ in ea ſeruari ſolebāt. Dū aūt circa oras ciſtæ ludēs decidiſſet, quæreretq; aſcēſum, reperit epulas lautiſſime paratas, quas quū guſtare cœpiſſet, q̄ ſtultus inquit hactenus fui, q in toto terraꝝ orbe nihil melius ciſtula mea eſſe credebam. Ecce q̄ ſuauioribus hic veſcor cibis. Hæc fabula indicat, non ita patriam diligendā, ſi ignobilis ſit, vt alia non adeamus loca, quom alibi beatiores eſſe poſſumus.

De Rustico impetrante, vt triticum abſque ariſtis naſceretur. Fabula. II.

Impetrauerat a Cerere Ruſticus quidam, vt triticum abſq;

ariſtis naſceretur, ne metentium, triturantiumq; manus læ/
deret: quod vbi inaruit, a minutis auibus depaſtum eſt. Tū
Ruſticus q̃ digna inquit patior, qui paruæ commoditatis
cauſa, emolumenta q̃ maxima perdidi. Fabula indicat, par
ua incommoda, maiori vtilitate penſanda.

De Accipitre Columbam inſequente. III.

Cum Accipiter Columbam præcipiti inſequeretur volatu
villam quandam ingreſſus, a Ruſtico captus eſt, quē blan
de, vt ſe dimitteret obſecrabat. Non enim te læſi dicēs. Cui
Ruſticus, nec hæc reſpondit te læſerat. Fabula indicat, me/
rito puniri, qui innocentes lædere conantur.

De Aranea, & Hirundine. IIII.

Aranea in Hirundinem excandeſcens, quæ muſcas qui ſuus
eſt cibus capiebat, retia in foribus, per quas volitare ſole//
bat, vt eam caperet, ſuſpenderat. Hirundo vero aduolans,
retia cum textrice per aera portabat. Tunc Aranea in ae//
re pendens, & ſe iam iam perituram intelligens, q̃ iuſte
hæc patior dicebat, quæ minima volatilia magno labo//
re vix capiens, credidi tam magnas aues poſſe comprehē
dere. Hac admonemur fabula, ne viribus maiora ag//
grediamur.

De Ruſtico Amnem tranſituro. V.

Ruſticus torrentem tranſiturus, qui forte imbribus excreue
rat, quærebat vadum. Et quom primum eā fluminis partē
tentaſſet, quæ quietior, placidiorq; videbatur, reperit eam
altiorem, quam animo erat opinatus. Rurſus ibi breuio/
rem, tutioremq; adinuenit, vbi maiori aquarū ſtrepitu flu
uius decurrebat. Tunc ſecum, q̃ tutius inquit, clamoſis
aquis, q̃ quietis, & ſilentibus vitam noſtram credere poſ//

sumus. Hac admonemur fabula, vt minus verbosos, & minaces q̃ quietos extimescamus.

De Columba, & Pica. VI.

Columba interrogata a Pica, quid eam induceret, vt in eodem semper loco nidificaret, quum eius pulli inde sibi semper surriperentur. simplicitas respondit. Hæc indicat fabula, facile esse, viros probos sæpe decipi.

De Cuculo, & Accipitre. VII.

Irrisus ab Accipitre Cuculus, quod quũ sibi, & corpe par, & colore non absimilis eēt. præ angustia animi, potius vermibus terrenis q̃ suauibus aliarum auium carnibus vesceretur, vidit paucis post diebus Accipitrem a Rustico, cuius columbas insectabatur captum, ad metum cæterorum ex alta turri pendere. Cui Cuculus, quam melius tibi inqt amice fuisset vermes venari, q̃ alienas aues impetere. Hæc fabula indicat, eorum vitam tutiorem esse, & magis ꝓbandam, qui suis rebus sine periculo contenti sunt, q̃ illorum, qui aliena appetentes adeunt magna vitæ discrimina.

De Asino, & Vitulo. VIII.

Asinus, & Vitulus in eodem pascentes prato, sonitu campanæ, hostilem exercitum aduentare præsenserant. Tũ Vitulus fugiamus hinc o Sodalis ĩquit, ne hostes nos captiuos abducant. Cui Asinus, fuge tu inquit, quem hostes occidere, & esse consueuerunt, Asini nihil interest, cui vbiq; eadem ferendi oneris est proposita conditio. Hæc fabula seruos admonet, ne dominos magnopere mutare formident, modo prioribus deteriores futuri non sint.

De Vulpe, & Mulieribus Gallinas edẽtibus. IX.

Vulpes iuxta villã quãdã trãsiẽs, cõspexit cateruã Mulierũ

plurimas

plurimas gallinas opipare assatas alto silentio comedentē, ad quas cōuersa. Qui clamores inqt, & canum latratus cō/tra me eēnt, si ego facerē quod vos facitis? Cui rn̄dens q̄dā Anus: pessima animalium inquit, nos q̄ nostra sunt comedimus, tu vero aliena furaris. Hæc fabula nos admonet, ne putemus nobis in aliena licere, quod ꝓpriis dominis licet.

De Caponibus pinguibus, & macro. X.

Vir q̄dam complures Capones in eodem ornithobosco inclusos, largo nutricauerat cibo, q pingues effecti sunt oēs præter vnum, quē vt macilentū irridebāt fratres. Dn̄s nobiles hospites lauto & sumptuoso accepturus cōuiuio imperat coco, vt ex his interimat, coquatq;, quos pinguiores inuenerit. hoc audientes corpulenti sese afflictabant dicentes. quāto p̄stitisset nos macilentos esse? Hæc fabula in pauperū solamē conficta est, quoꝝ vita tutior est, q̄ diuitum.

De Trabe, & Bobus eam trahentibus. XI.

Trabs vlmea de Bobus conquerebatur dicens. Ingrati ego multo tempore, meis vos frondibus alui, vos vero me nutricem vestram per saxa, & lutum trahitis. Cui Boues, gemitus, suspiriaq; nostra, & stimulus, quo pungimur te docere potest, q te trahamus inuiti, ignouit Trabs. Hæc nos docet fabula, ne in eos, excandescamus, qui non sua sponte nos lædunt.

De Arboribus pulchris, & deformi. XII.

Arbores cōplures in eodē creuerant loco ꝓceræ, rectæ, enodesq;, præter vnā humilem, paruā, nodosamq;, quā vt deformē, pusillāq; cæteræ ludibrio habere solitæ erāt. Ædificaturus domū loci dn̄s iubet oēs excidi, p̄ter eam, quæ breuitate, & deformitate sua, ædificiū indecoꝝ redditura vi/

debatur. Cæteris excisis, deformis hæc secum dicebat. De te nō amplius querar natura, q me turpē genueris, quom formosis, tā magna videam imminere discrimina. Hæc fabula nos admonet, ne doleamus nos natos esse deformes, quum multis formositas sæpe nocuerit.

De Cycno ī morte canēte, repħēso a Ciconia. XIII.

Cycnus moriens interrogabat a Ciconia, cur in morte, quā cætera animalia adeo exhorrēt, multo suauiores q̄ in omni vita emitteret sonos, quō potius mœstus esse deberet. Cui Cycnus: qa inqt, neq; cibi q̄rendi cura amplius cruciabor, neq; aucupū laqueos extimescā. Fabula nos admonet, ne mortē formidemus, qua oēs vitæ p̄sentis miseriæ p̄cidunt.

De Muliere Virum morientem flente, & Patre eam consolante. XIIII.

Mulierem adhuc iuuenem, cuius Vir animam agebat, consolabatur Pater dicens. Ne te afflictes tantopere Filia. Alium enim Virum tibi inueni isto longe formosiorem, qui prioris desiderium facile mitigabit. At Mulier doloris impatiens, vt quæ maritum ardenti amore prosequebatur, nō modo verba parentis non admittebat, sed intempestiuam alterius Mariti mentionem accusabat. At vbi Maritū defunctum videt, inter lachrymas & luctus parentem interrogat, an adsit ibi iuuenis ille, quem sibi in virum dare velle se dixerat. Fabula indicat, q̄ cito defunctorum Maritorum amor ex Vxorum animo excidere soleat.

De Muliere Amatoris discessum flente. XV.

Mulier impudica amatorē suū abeūtem: quom oībus fere rebus spoliauerat, multis lachrymis p̄sequebat. interrogante autem eam vicina, cur ita inconsolabiliter fleret. Non di

scessum eius inq̄t, sed palliū, quod ei reliq̄ fleo. Fabula indicat, non amatores, sed eoꝝ bona a meretricibus amari.

De Musca, quæ quadrigis insidens puluerem se excitasse dicebat. XVI.

Quadrigæ in stadio currebāt, quibus Musca insidebat. Maximo autem puluere, tum equinorum pedum pulsu, tum rotarum volutatione exorto, dicebat Musca, q̄ magnā vim pulueris excitaui. Hæc fabula, ad eos spectat, qui quū ignaui sint, alienam tamen gloriam suis magnificis verbis in se transferre conantur.

De Anguilla conquerente, ꝙ magis, q̄ Serpens infestaretur. XVII.

Anguilla interrogabat Serpentem quare quom similes essent, atq; cognati, homines tamen se potius, q̄ illum insequerentur. Cui Serpens, quia rarus inq̄t me lædit impune. Fabula indicat, minus lædi solere, qui sese vlciscuntur.

De Asino, Simia, & Talpa. XVIII.

Conquerenti Asino, ꝙ cornibus careret. Simia vero, ꝙ cauda sibi deesset. Tacete īquit Talpa, quum me oculis captā esse videatis. Hæc fabula ad eos pertinet, qui non sunt sua sorte contenti, qui si aliorū infortunia cōsiderarent, æquiori animo tolerarent sua.

De Nautis Sāctorum auxiliū implorātibus. XIX.

Nauta q̄dam in mari subita, & atra tempestate deprehensus, cæteris eius sociis diuersorum diuoꝝ auxilium implorantibus, nescitis inq̄t q̄d petatis. Ante enim quā sancti isti ad Deum pro nostra liberatione se conferant, hac imminenti procella obruemur. Ad Deum igitur confugiendum censeo, qui absq; alterius adminiculo, a tantis malis nos pote-

rit liberare. Inuocato igit᷑ Dei omnipotẽtis auxilio, illico procella cessauit. Fabula indicat, vbi potentioris auxilium haberi potest ad imbecilliores non confugiendum.

De Piscibus e Sartagine in prunas desiliẽtibus. XX.

Pisces adhuc viui in Sartagine feruẽti oleo coquebant᷑. quorum vnus fugiamus hinc fratres inquit, ne pereamus. Tũc omnes pariter e Sartagine exilientes, in ardentes prunas deciderunt. Maiori igitur dolore affecti, damnabant consiliũ, quod ceperant, dicentes. Quanto atrociori nunc morte perimus? Hæc nos admonet fabula, vt ita præsentia vitemus pericula, ne incidamus in grauiora.

De Quadrupedibus societatem aduersus Aues cum Piscibus ineuntibus. XXI.

Quadrupedes quum bellum sibi ab Auibus esset indictum, cum Piscibus fœdus inierunt, vt eorum auxilio se ab Auium furore tuerent᷑. Quum autem optata expectarent auxilia, Pisces negãt per terram ad eos accedere posse. Hæc nos admonet fabula, ne eos nobis socios faciamus, qui quum opus sit, nobis auxilio esse non possint.

De Legato auaro Tubicines decipiente. XXII.

Quidã Auarus ꝓ patria legatus in aliã vrbẽ ꝓfectus erat, cui Tubicines p̃sto affuerũt, vt illius aures Tubaꝝ clãgore, loculos aũt suos pecunia implerẽt. Quibus ille renuntiari iubet, nõ esse nũc locũ cãtibus, se in summo luctu, & mœrore cõstituto, matrẽ.n. suam obiisse. Tubicines aũt spe frustrati, & mœsti abeũt. Amicus q̃dã legati audiens luctũ, ad eũ visendũ, cõsolãdũq; accedit, interrogatq;, q̃diu mater eius obiisset. Quadraginta iã anni sunt inq̃t. Tunc amicus intellecta Legati stropha, in risum effusus est. Hæc fabula, ad

auaros facit,qui omni arte student conseruare pecuniam.

De Viro,qui ad Cardinalem nuper creatum, gratulā-
di gratia accessit. XXIII.

Vir q̄dam facetus admodū,& vrbanus, audiēs amicum suū ad Cardinalatus dignitatē assumptū,ad eū gratulandi gratia accessit,qui honore tumidus,amicum veterē agnoscere dissimulās,quisnam esset interrogabat.Cui ille,vt erat ad iocos promptus.Miseresco inq̄t tibi, cæterisq;, qui ad hmōi honores p̄ueniūt.quā primū enim dignitates hmōi estis assecuti,visum,auditūq;, & cæteros sensus ita amittitis,vt pristinos amicos amplius nō cognoscatis.Hæc fabula eos notat,q̄ in altum sublati,veteres despiciūt amicitias.

De Iuuene Senis curuitatem irridente. XXIIII.

Iuuenis quidam conspicatus Senem in arcus tensi similitudinem curuum,interrogauit an sibi arcum vellet vendere. Cui ille.Ecquid inq̄t,est tibi opus emere? Si enim ad meā perueneris ætatem,absq; pecunia arcum tibi natura concedet.Hæc fabula indicat,minime irridenda vitia senilis ætatis,quæ nemo viuendo effugere potest.

De Sene Puellam in vxorem accipiente. XXV.

Vir quidā imprudēs,exacto septuagesimo vitæ anno, Puellam duxerat in vxorem, quom ad id tempus in cælibatu permansisset.Cui quom debitum soluere non posset,dicere solebat.Quam male vitam meā disposui. Iuueni enim mihi Vxor deerat,nunc autem Senex desum vxori. Hæc fabula innuit,omnia suo tempore peragenda.

De Aquila,& Pica. XXVI.

Pica Aquilam rogabat,vt se inter suos familiares,& domesticos acciperet,quom id mereretur,cum corporis pulchri-

tudine,tum ad mandatā peragenda linguæ volubilitate, cui Aquila,hoc facerem respondit,ni vererer,ne quæ intra regiam fiunt, tua loquacitate cuncta efferres. Hæc fabula monet,linguaces,& garrulos domi non habendos.

De Turdo amicitiā cū Hirūdine ineūte. XXVII.

Gloriabat̃ Turdus se amicitiam cōtraxisse cum Hirundine. Cui Mater,stultus es Fili inqt,si credis cū ea posse cōuiuere, quū vterq; vestrū diuersa soleat appetere loca. Tu.n.frigidis, Illa tepidis delectat̃ locis. Hac monemur fabula, ne eos nobis faciamus amicos,quorū vita a nostra dissentit.

De Rustico,& Mure. XXVIII.

Rusticus quidam erat admodū paup,sed adeo facetus,vt ne calamitatis quidem tpe natiui leporis obliuisceret̃. Is quū villam suam casu igne iniecto,ita ardētē videret,vt aliquo modo ignem extīguere posse diffideret,mœstus spectabat incendium. Interim cernit Murem quendam, qui villa egressus periculum q̄ ocyssime fugiebat. Oblitus damnorum Rusticus cucurrit,& Murem corripiens,illum in medium iecit incendium dicens. Ingratum animal tempore felicitatis mecum habitasti,nunc quia fortuna mutata est, villam meam deseruisti. Fabula indicat,eos non esse veros amicos,qui arridente fortuna a latere tuo non discedunt, turbata autem,præcipiti abeunt cursu.

De Eremita virgine ægrotante. XXIX.

Insitum est a natura omni animantiū generi, vt rei venereæ libidine incitent̃,a qua si q hoīes, qui coruo albo rariores sunt,se abstinere volūt,sæpe in graues morbos incidere solēt. Quidam igit̃ Eremita ab ipsa præsentia ita titillatiōes carnis euicerat,vt vsq; ad quintū & vigesimū ætatis annum

virgo permaneret. Quum aũt in ea ætate grauissime ægrotare cœpisset. Medici nullũ aliud salutis eius remediũ se inuenire dicebãt, nisi vt cũ aliqua muliere coiret. Diu Eremita recusauit, mori se potius velle dicens, q̃ virginitaté, ré tá præclará, & Deo maxime gratá amittere. Assueti.n. virtutibus, ægre illas a se discedere patiunt᷑. Victus tãdẽ p̃cibus, & cupiditate vitæ, qua nihil homini sanæ mẽtis dulcius ẽ, adductæ sibi mulieris infusus gremio, placidũ petiuit per mẽbra soporẽ. Experrectus aũt, vehemẽter angebat᷑, & tãtam vim lachrymarũ effundebat, vt oẽs, q aderãt illius misererent᷑. Quisq; igit᷑ eũ solari, & vt bono animo esset hortari, qm̃ Deus clemẽtissimus Pater ei ignosceret, qa nõ voluptatis, sed recuperãdæ sanitatis cã opus tale patrasset. At ego inquit, istud non fleo, sed q̃ tantam dulcedinem citius expertus non sum. Hæc indicat fabula, humaná naturam adeo peccatorum illecebris delectari, vt vitiorum voluptatem facile virtutum amaritudini anteponant.

De Diuite quodam, & Seruo. XXX.

Vir erat Diues Seruum habens tardi ĩgenii, quẽ regem stultorum solebat nuncupare. Ille his verbis sæpius irritatus, statuit Hero par referre. Semel enim in Herum cõuersus. Vtinam inquit rex stultorum essem, in toto enim terrarũ orbe, nullum meo latius esset imperium, & tu quoq; meo subesses imperio. Fabula indicat, oĩa plena esse stultorum.

De Vidua Virum petente. XXXI.

Vidua q̃dã diues a vicina petebat, vt maritum sibi reperiret, quẽ nõ coitus gratia, q ĩgratus admodũ sibi erat, sed ne bona sua dilapidarent᷑, exoptare se dicebat. Mulier sagax, & Viduæ versutias intelligẽs, se inquisiturã pollicet᷑. Paucis

post diebus Viduam côueniens reperi inquit tibi Virum, ex animi tui sententia. Est enim Vir prudens, & ad res gerẽdas natus, & genitalibus caret, quæ tibi cordi nõ sunt. Cui Vidua, abi hinc inquit in malam rem cum isto marito tuo tam illepido. Et si enim coitus appetens non sum, volo tamen habeat, qđ nos reconciliet, si quando cœperimus esse discordes. Hæc fabula indicat, nullum matrimoniũ felix si clauus defuerit, q Viꝝ & Mulierẽ arctissime constringit.

De Canibus Vrbanis Villaticũ ĩsequẽtibus. XXXII.

Canes cõplures Vrbani quẽdam Villaticũ ꝑcipiti ĩsequebantur cursu, q̃diu ille fugit, nec repugnare ausus est. At vbi ad ĩsequẽtes cõuersus substitit, & dentes ipse quoq; ostendere cœpit, oẽs pariter substiterũt, nec aliqs vrbanoꝝ illi ꝓpinquare audebat. Tũc ĩperator exercitus, q forte ibi aderat, ad suos conuersus milites. Cõmilitones inqt, hoc spectaculum nos admonet, ne fugiamus, quum p̃sentiora fugiẽtibus q̃ repugnantibus videamus imminere pericula.

De Anu Dæmonem accusante. XXXIII.

Solent hoĩes vt plurimũ, quom sua culpa aliquid sibi acciderit aduersi, ĩ Fortunam, vel in Dæmonem culpam conferre, vt se crimine exuant, adeo oẽs sibi indulgent. Hoc Dæmon ægre ferens, quũ videret Anum quandam soleatam arborem ascẽdentem, ex qua illam ruituram, & ĩ se culpam collaturam p̃uiderat, accitis testibus dixit. Videte Anum illam absq; meo consilio arborẽ ascendentem, vnde eam casuram esse prospicio. Estote mihi testes, me ei non suasisse, vt soleata illuc ascenderet. Mox Anus cecidit: & quũ interrogaret, cur soleata arborẽ ascẽdisset, Dæmon inqt me ĩpulit: tũc Dæmõ, adductis testib⁹, ꝓbauit id ab Anu absq;

suo factũ eẽ cõsilio. Fabula indicat, hoĩes minime venia di gnos, q quũ libere peccẽt, Fortunã vel Dæmonẽ accusant.

De Testudine, & Ranis. XXXIIII.

Testudo conspicata Ranas, quæ in eodem stagno pasceban tur, adeo leues, agilesq;, vt facile quolibet prosilirent, & lõgissime saltarent, naturã accusabat, q; se tardum animal, & maximo impeditum onere proceasset, vt neq; facile se mouere posset, & magna assidue mole premeretur. At vbi vidit Ranas anguium escam fieri, & cuiuscunq; vel leuissimo ictui obnoxias, aliquantulum recreata dicebat. Quanto melius est onus, quo ad omnes ictus munita sum ferre, q̃ tot mortis subire discrimina? Hæc fabula ĩdicat, ne ægre feramus dona naturæ, quæ maiori nobis commodo sæpe sunt, q̃ nos intelligere valeamus.

De Gliribus quercum eruere volentibus. XXXV.

Glires quercũ arborẽ glãdiferã dẽtibus eruere destinauerãt, quo paratiorem haberent cibũ, ne victus gratia toties ascẽdere, & descẽdere cogerẽtur. Sed quidã ex eis, qui ætate, & vsu rerũ, ac prudentia cæteros lõge anteibat, eos absterruit dicẽs. Si nutricem nostram nunc interficiemus, quis futuris annis, nobis ac posteris nostris alimẽta præbebit? Fabula hæc monet, virum prudẽtem debere non modo præsentia intueri, verum etiam futura longe prospicere.

De Cane, & Hero. XXXVI.

Canem quidã hñs, quo magis ab illo diligeret̃, semp eũ suis pascebat manibus, ligatũq; soluebat. Ligari aũt, & verberari iubebat a seruo, vt beneficia a se, maleficia aũt a seruo in illum viderent̃ esse collata. Ægre aũt ferens Canis se assidue ligari, verberariq; aufugit; & quũ increparet̃ a Dño,

vt ingratus,& tãtoꝝ beneficioꝝ immemor, qui se fugisset, a quo semper dilectus,pastusq; fuisset, ligatus aũt, verberatusq; nunquam. Respondit, quod seruus tuo iussu facit, a te factum puto. Hæc fabula indicat,eos malefactores habẽdos,qui maleficiorum causa fuere.

De Auibus Scarabæos timentibus. XXXVII.

Magnus timor aues incesserat,ne Scarabæi arcu pilari eas occiderẽt.a qbus magnam pilarum vim in sterquilinio summo labore fabricatam audierunt. Tunc Passer, nolite inqt expauescere. Quo modo enim pilas in nos per aera volantes iacere poterũt, quum eas per terram magno molimine vix trahant. Hæc fabula nos admonet,ne hostium opes extimescamus,quibus deesse videmus ingenium.

De Vrso,& Apibus. XXXVIII.

Vrsus ictus ab Ape tanta ira percitus est,vt aluearia,in qbus Apes melificauerãt,tota vnguibus discerperet. Tunc Apes vniuersæ,quum domos suas dirui,cibaria auferri, filios necari viderẽt,facto impetu aculeis Vrsum inuadentes,pene necauere,qui ex earum manibus vix elapsus secum dicebat: quanto melius erat Apis vnius aculeum tolerare, q̃ tot in me hostes mea iracundia concitare. Hæc fabula innuit,longe melius interdum esse iniuriam unius sustinere, q̃ dum vnum punire volumus, multos nobis inimicos comparare.

De Aucupe,& Fringilla. XXXIX.

Auceps tetenderat volucribus retia,largamq; illis in area effuderat escam,pascẽtes tñ aues non capiebat,quia sibi videbant paucæ,qbus pastis auolantibus,aliæ pastum adueniunt,quas quoq; ꝑpter paucitatem capere neglexit. hoc

per totũ diem ordine seruato, ac aliis aduenientibus, aliis ab eũtibus, illo semp maiorem pdã expectãte, tãdẽ aduespera scere cœpit. Tũc Auceps amissa spe multas capiẽdi, quum iam tps eẽt quiescendi, attrahens retia vnã tm̃ Fringillã, q̃ infelix in area remanserat, cepit. Hæc fabula indicat, qui omnia cõprehendere volũt, sæpe pauca vix capere posse.

De Milite, & Equo. XL.

Miles Equũ habẽs optimũ, emit aliũ nequaq̃ illi bonitate parem, quem multo diligentius, q̃ priorem nutricabat: quod hic admirans dicebat priori. Cur me dominus, q̃ te impensius curat? quum tibi neq; pulchritudine, neq; robore, neq; velocitate comparandus sim? Cui ille. Est hæc inquit hominũ natura, vt semp in nouos hospites benigniores sint. Hæc fabula indicat, hominum amentiam, qui noua etiam si deteriora sint, solent veteribus anteponere.

De Sue, & Cane. XLI.

Sus irridebat Canem odorisequum, qui domino murmure, & cauda adularetur, a quo ad artem aucupatoriam multis verberibus, auriũq; vellicationibus fuerat instructus. Cui Canis. Nescis inqt isane nescis, quod ex verberibus illis sũ consecutus? per ea enim suauissimis pdicũ, coturnicũq; carnib⁹ vescor. Hæc fabula nos monet, ne iniquo feramus animo pceptorũ verbera, q̃ multorũ bonorũ cã eẽ consueuere.

De Trabe Boum pigritiã increpante. XLII.

Trabs, quæ curru vehebatur, Boues, vt lentos increpabat dicẽs. Currite pigri, onus enim leue portatis. cui Boues, irridẽs nos respõderũt ignara quæ te pœna maneat. onus hoc nos cito deponemus, tuũ aũt tu quoad rumparis, sustinere cogeris. idoluit Trabs, nec amplius Boues cõuitiis lacesce

re ausa est. Hæc fabula quẽlibet monet, ne alium insultet ca//
lamitatibus, quum ipse possit maioribus subiacere.

De Carduele, & Puero. XLIII.

Carduelis auis interrogata a Puero, a quo in delitiis habita, & suauibus, & largis cibis nutrita fuerat, cur cauea egressa regredi nollet, vt meo inquit arbitratu, nõ tuo me pascere possim. Hæc fabula indicat, vitæ libertatem cunctis deli//
tiis anteponendam.

De Scurra, & Episcopo. XLIIII.

Scurra quidã Calẽdis Ianuarii ad Episcopũ quendã, diuitẽ qdem, sed auaꝝ accedẽs, nũmisma aureum strenæ noĩe pe
tiit. Antistes insanire hoĩem dixit, q crederet tãtã pecuniã sibi in strenam dari. Tunc Scurra nũmũ argenteũ efflagita
re cœpit. Sed quum ille hunc quoq; nimiũ sibi videri di/
ceret, æreum quadrantẽ, vt saltem sibi traderet, orabat. Sed quũ ne hũc quoq; posset ab Episcopo extorquere. Reue/
rẽde inqt Pater saltem benedictiõe tua me ꝑ strena impti. Tũc Eps flecte inqt genua fili, vt te benedicã. At ego inqt Scurra benedictionẽ istam tuã tã vilem nolo. Si.n. nũmũ æreũ valeret, eã mihi nunq̃ ꝑfecto cõcederes. Hæc fabula, cõtra eos Epos, & Sacerdotes cõficta est, q diuitias, & opes pluris faciũt, q̃ cuncta ecclesiæ, sacramenta, atq; mysteria.

De Vpupa indigne honorata. XLV.

Inuitatæ fere oẽs aues ad Aquilæ nuptias, indigne ferebant Vpupam cæteris præferri, qa corona insignis esset, & versi/
coloribus pẽnis ornata, quum semper inter stercora, & sor
des solita eẽt volutari. Hæc fabula, stultitiam eoꝝ arguit, qui in hoĩbus honorãdis potius vestium nitorem, præstã/
tiamq; formæ, q̃ virtutes, moresq; soleant attendere.

De Sacerdote, & Pyris. XLVI.

Sacerdos qdam gulosus extra patriam ad nuptias pficiscēs, ad quas fuerat inuitatus, reperit in itinere pyro℞ aceruū, quo℞ ne vnū qdē attigit, q̄uis magna affectus fame. Quin potius ea ludibrio habēs lotio cōspersit. Indignabat̃ enim hmōi cibos sibi in itinere offerri, q ad lautas accedebat epulas. Sed cum in itinere torrentem quēdam ita imbribus auctum offendisset, vt sine vitæ periculo eum transire nō posset, domum redire constituit. Reuertens autem ieiunus, tāta est oppressus fame, vt nisi pyra illa, quæ vrina consperserat comesset, quum aliud non inueniret, extinguere t̃. Hæc fabula monet, nihil esse contemnendum, quum nihil sit tā vile, & abiectum, quod aliquando vsui esse non possit.

De Mulo, & Equo. XLVII.

Mulus conspiciens Equū aureo freno, Ephippiisq; insignē, & purpureis opertum faleris rumpebatur inuidia, illum beatum reputans, qui cōtinue optimis vesceretur cibis, & decoro amiciretur ornatu, se autem præ illo infelicem, qui clitellis male dolatis opp̄ssus quotidie maxima onera ferre cogeretur. At vbi vidit Equum e pugna redeuntē multis affectum vulneribus præ illius calamitate se felicem appellabat, longe melius esse dicens quotidiano labore durū victum quæritare, & turpiter vestiri, q̄ post optimos, & delicatos cibos, & tantos ornatus mortis adire discrimina. Hæc fabula monet, Regibus, & Principibus minime inuidendum, quia diuitiis, & opibus abundent, quum eorum vitam longe pluribus periculis, q̄ pauperorum videamus esse subiectam.

De Porco, & Equo. XLVIII.

Porcus conspiciens Equum bellatorem, qui cataphractus ad pugnam prodibat. Stulte inquit, quo ꝑperas? in pugna.n. fortasse morieris. Cui Equus. At tibi inter lutum, sordesq; impinguato, quáuis nihil dignũ laude gesseris, cultellus adimet vitam, mortem vero meam comitabit̃ gloria. Hæc fabula innuit, honestius esse rebus præclare gestis occum/bere, q̃ vitam turpiter actam protrahere.

De Coriario emente pellem Vrsi a Venatore nondum capti. XLIX.

Coriarius ad Venatorem accedens emit ab eo pellẽ Vrsi, pe/cuniamq; pro ea persoluit. Ille sibi in præsentia pellem Vrsi non esse, cæterum postridie venatum profecturũ, vrsoq; interfecto, pellem illius ei se datuꝶ pollicet̃. Coriarius animi gratia cum Venatore in siluam profectus, altissimã ar/borem ascendit, vt inde Vrsi, Venatorisq; certamen ꝓspi/ceret. Venator itrepidus ad antrum, vbi Vrsus latebat profectus, ĩmissis canibus, illum exire cõpulit: qui euitato Ve/natoris ictu eum ꝓstrauit humi. Tunc Venator sciens hãc feram in cadauera nõ sæuire, anhelitu retento se mortuum simulabat. Vrsus naribus admotis olfaciens, quum illum nec naso, nec ore spirantem deprehenderet, abscessit. Coriarius quum feram abesse prospiceret, ac nihil amplius esse periculi, ex arbore se deducens, & ad venatorem, qui non//dum surgere audebat, accedẽs illum vt surgeret monebat. interrogauit deinde, quid ad aurem ei Vrsus locutus esset. Cui Venator, monuit me inquit, ne deinceps Vrsi pellem vendere velim, nisi eũ prius ceperim. Hæc fabula indicat, ĩ/certa pro certis non habenda.

De Eremita, & Milite. L

Eremita quidem vir sanctissimæ vitæ Militem hortabať, vt relicta sæculi militia, quam absq; Dei offensa, & animæ discrimine pauci exercent, tandem se corporis traderet quieti, & animæ consuleret saluti. Cui Miles, faciam inquit, qđ mones Pater. eo enim verum est, vt hoc tempore milites neq; stipendia exigere valeant, licet exigua sint, neq; prædari possint. Fabula significat, multos vitiis renuntiare, quia illa amplius exercere non possunt.

De Viro, & Vxore bigamis. LI.

Vir quidam defuncta Vxore, quam valde dilexerat, duxit alteram, & ipsam viduam, quæ assidue ei prioris mariti virtutes, fortiaq; facinora obiiciebat. Cui, vt par referret, ipse quoq; defunctæ Vxoris mores ꝓbatissimos, pudicitiamq; insignem referebat. Quadã aũt die Viro irata, pauperi elemosynam petenti partem caponis, quem in cœnã vtriusq; coxerat dedit, dicẽs. Do tibi hoc ꝓ aĩa prioris Viri. Quod audiens Maritus, accersito pauperi, reliquum caponis dedit, dicens: & ego quoq; do tibi hoc ꝓ anima vxoris meæ defunctæ. Sic illi, dum alter alteri nocere cupiunt, quid cœnarent, non habuerunt. Hæc fabula monet, non esse cõtra eos pugnandum, qui se possunt optime vindicare.

De Leone, & Mure. LII.

Leo laqueo captus in silua, quũ se ita irretitũ videret, vt nullis viribus se inde posse explicare confideret, murẽ rogauit vt abroso laqueo eum liberaret, ꝓmittens tanti beneficii se nõ immemorẽ futurũ. Quod cũ Mus ꝓmpte fecisset, Leonẽ rogauit, vt filiã eius sibi traderet in vxorem. Nec abnuit Leo vt benefactori suo rẽ gratã faceret. Noua aũt nupta ad virũ veniens, quũ eum nõ videret, casu illum pede pressit,

itaq; contriuit. Hæc indicat fabula, matrimonia, & cætera consortia improbanda, quæ ab imparibus contrahuntur.

De Vlmo, & Silere. LIII.

Vlmus in ripa fluminis nata Siler sibi ꝓximũ irridebat, vt debile, & inualidum, q ad oẽm vel leuissimũ vndarũ impetum flecteret̃. suã aũt firmitatem, & robur magnificis extollebat verbis, q multos annos assiduos amnis impetus incõcussa pertulerat. Semel autem maxima vndarum violentia Vlmus perfracta trahebatur ab aquis. Cui Siler ridens inquit. Cur me deseris vicina? vbi est nunc fortitudo tua? Fabula significat, sapientiores esse, qui potẽtioribus secedũt, q̃ qui resistere volentes turpiter superantur.

De Cæra duritiem appetente. LIIII.

Cæra ingemiscebat se mollẽ, & cuicunq; leuissimo ictu penetrabilẽ ꝓcreatã. Vidẽs aũt lateres ex luto multo se molliori factos in tãtã duritiem ignis calore puenisse, vt multa ꝑdurarẽt sæcula, se iecit in ignẽ, vt eãdem duritiem cõsequeret̃. Sed statim igne liquefacta cõsumpta est. Hac admonemur fabula, ne appetamus, qđ est nobis natura denegatũ.

De Agricola militiã, & mercaturã affectante. LV.

Agricola quidam ægre ferebat se assidue terrã voluere, nec perpetuis laboribus ad magnas diuitias peruenire, quum nõnullos videret milites, qui raris prælijs, ita rem auxerãt, vt bene induti incederent, & lautis epulis nutriti beatam agerent vitã. Venditis igit̃ ouibus, capris, ac bobus: equos emit, & arma, & in militiam profectus est: vbi quũ ab Imperatore suo male pugnatum esset, non solum quæ hẽbat perdidit, sed ẽt pluribus vulneribus affectus est. Quare dãnata militia, mercaturã exercere statuit, vbi maius lucrũ, &

minorem

minorem laborem esse existimabat. Prædiis igitur vendi/tis, quum nauem mercibus impleuisset, nauigare cœpe/rat, sed quum in alto esset, tempestate subito coorta, nauis submersa est, & ipse cum cæteris, qui in ea erant ad vnum omnes periere. Hæc fabula monet, quelibet debere sua ar/te esse contentum, quum vbiq; sit parata miseria.

De Asino, & Scurra. LVI.

Asinus indigne ferens Scurram quendam honorari, & pul/chris vestibus amiciri, quia magnos ventris edebat sonos, ad magistratus accessit. petẽs ne se minus q̃ Scurram ho/norare vellent. Et quum magistratus admirantes eum in/terrogarent, cur se ita honore dignũ duceret, inqt, quia ma iores q̃ Scurra crepitus ventris emitto, eosq; absq; fetore. Hæc fabula eos arguit, qui in rebus leuissimis suas pecuni as profundunt.

De Amne suũ fontẽ cõuitiis lacessente. LVII.

Amnis qdam suum cõuitiis fontem lacessebat vt inertem, q; immobilis staret, nec vllos haberet pisces, se autem pluri/mum commendabat, q; optimos crearet pisces, & per val/les blando murmure serperet, indignatus fons in amnem velut ingratum vndas repressit. Tunc Amnis, & piscibus & dulci sono priuatus euanuit. Hæc fabula eos notat, qui bona, quæ agunt sibi arrogant, non Deo attribuunt, a quo largo fonte nostra bona procedunt.

De Viro maligno, & Dæmone. LVIII.

Vir malignus, quõ plurima perpetrasset scelera, & sæpius ca ptus, & carcere conclusus arctissima, & peruigili custodia teneretur. Dæmõis auxiliũ implorabat, qui sæpenumero illi affuit, & e multis eũ periculis liberauit. Tandem iterũ

deprehẽso, & solitũ auxiliũ imploranti, Dæmon magnũ calceoꝝ pertusoꝝ fascẽ sup humeros hñs apparuit, dicens Amice amplius tibi auxilio esse non possum, tot. n. loca ꝑ te liberando hactenus ꝑgraui, vt hos oẽs calceos cõtriuerim. Nulla mihi supest pecunia, qua alios valeam comparare. Quare pereundũ est tibi. Hæc admonet fabula, ne existimemus nostra semper impunita fore peccata.

De Auibus plures reges eligere volentibus. LIX.

Aues consultabant de pluribus regibus eligendis, quũ Aquila tantos volucrum greges sola regere non posset, fecissent q; voto satis, nisi Cornicis monitu a tali cõsilio destitissent, quæ quum causam rogaretur, cur non plures reges ducerет eligendos, quia difficilius inquit plures, q̃ vnus saccus impletur. Hæc fabula docet, longe melius esse ab vno, q̃ a multis Principibus gubernari.

De Muliere, q̃ ꝑ Viro se mori velle dicebat. LX.

Matrona q̃dã admodũ pudica, & Viri amãtissima ægre ferebat Maritũ aduersa valetudine detineri. Lamẽtabat̃, ingemiscebat, & vt suũ in Viꝝ amorẽ testaret̃, rogabat mortẽ, vt si Maritum sibi eẽt ereptura, se potius q̃ illum vellet occidere. Inter hæc verba mortem cernit horribili aspectu venientem, cuius timore perterrita, & iã sui voti pœnitẽs. Non sum ego ĩquit quã petis. Iacet ibi in lecto quem occisura venisti. Hæc fabula indicat, neminẽ esse adeo amãtem amici, qui non malit sibi bene esse, q̃ alteri.

De Adulescente in funere matris canente. LXI.

Vir quidam defunctam Vxorẽ, quæ ad sepulchrũ efferebat̃, lachrymis, & fletibus ꝓsequebat̃. Filius vero eius canebat, qui quũ a patre increparet̃, vt amẽs, & insanus, qui in ma/

tris funere cātaret, quū vna secū mœstus esse, & flere debe/ret. inqt Pater mi, si sacerdotes, vt canerent conduxisti, cur mihi irasceris gratis cōcinēti? Cui pater. Nō tuū inqt; & sacerdotū ē idē offm. Fabula īdicat, nō oīa oībus eē decora.

De Viro gelotypo, q vxorē dederat custodiēdā. LXII.

Vir gelotypus, vxorē quā parū pudice viuere compererat, cuidam amico cui plurimū fidebat, dederat custodiēdam, ingentem pollicitus pecuniam si eā ita diligenter obseruaret, vt nullo modo coniugalem violaret copulam. At ille, vbi aliquot dies expertus, custodiam hanc nimis difficilē, & ingenium suum uersutia mulieris vinci comperisset, ad maritum accedēs dixit, se amplius nolle hanc tam durā gerere prouinciam, quandoquidem ne Argus quidem, qui totus oculeus fuit, Mulierem inuitam posset custodire. Addidit præterea si necesse sit, malle se anno integro saccū plenum pulicibus quotidie ī pratum deferre, solutoq; sacco eos inter herbas pascere, vespereq; facto ad vnum omnes domum reducere, q̄ vna die impudicam mulierem seruare. Hæc fabula indicat, nullos custodes esse ita diligentes, qui impudicas mulieres valeant custodire.

De Viro Clysteria recusante. LXIII.

Vir quidā natione germanus diues admodū ægrotabat, ad quē curandum plures accesserāt medici (ad mel. n. caternatim conuolant muscæ) qui inter cætera dicebant opus esse clysteribus, si vellet conualescere. qđ quum Vir huiusmodi insuetus medicinæ audiret, furore percitus medicos domo eiici iubet dicens, eos eē insanos, q quū caput sibi doleret, podici vellent mederi. Hæc fabula ínuit, omnia ēt salutaria insuetis, & inexpertis, aspera, & obfutura videri.

De Asino ægrotante, & Lupis visitátibus. LXIIII.

Asinus ægrotabat, famaq; exierat, eũ cito moritur. ad eũ igitur visendũ quũ Lupi, Canesq; venissent, peterẽtq; a filio, qũo pater eius se hẽret. Ille per hostii rimulá rñdit. Melius q̃ velletis. Hæc indicat fabula, q multi fingunt moleste ferre mortem aliorum, quos tamen cupiunt celeriter interire.

Qđ Nuci, Asino, & Mulieri psunt verbera. LXV.

Mulier quædam interrogabat Nucem secus viam natam, q̃ a prætereunte populo saxis impetebatur. Quare esset ita amens, vt quo pluribus, maioribusq; verberibus cæderet, eo plures, præstantioresq; fructus procrearet. Cui Iuglás, es ne inquit prouerbii immemor, ita dicentis?

Nux, Asinus, Mulier, simili sunt lege ligati.
Hæc tria nil recte faciunt, si verbera cessent.

Hæc fabula innuit sæpe homines propriis iaculis se solere confodere.

De Asino laborum finem nõ inueniente. LXVI.

Asinus hiberno tpe plurimũ angebat, q nimio afficeret frigore, & durum palearũ haberet victũ. Quare vernã temperiem, & teneras herbas optabat. Sed quum ver aduenisset, cogereturq; a domino, qui figulus erat, argillam ĩ aream, & ligna ad fornacem, indeq; lateres, imbrices, tegulas ad diuersa loca deferre, pertæsus veris, in quo tot labores tolerabat, æstatem omnibus votis expetebat, vt Dominus messe impeditus eum qescere pateret. Sed tũc quoq; quum messes in areã, & inde domũ triticũ ferre cõpelleret, nec quieti locus sibi esset, aut ũnũ saltẽ laborum finẽ fore sperabat. Sed vbi ne tũc quoq; malorum terminũ adesse cernebat, quũ quotidie vinũ, poma, ligna portáda essent, rursus hiemis niues,

& glaciē efflagitabat, vt tunc saltē aliqua sibi reqes a tantis laboribus concederet. Hæc fabula indicat, nulla esse p̄sentis vitæ tp̄a, quæ non perpetuis sint subiecta laboribus.

De Mure qui cum Fele amicitiam contrahere volebat. LXVII.

Mures complures in cauo parietis commorantes, contēplabant Felem, quæ ī tabulato capite demisso, & tristi vultu recumbebat. Tunc vnus ex eis hoc aīal inquit, benignum admodum, & mite videtur. Vultu enim ipso sanctimoniam quādam præfert, volo ipsum alloqui, & cum eo īdisso lubilem nectere amicitiam. Quæ cum dixisset, & proprius accessisset, a Fele captus, & dilaceratus est. Tunc cæteri hæc videntes, secum dicebant. Non est profecto, non est vultui temere credendum. Hæc fabula innuit, non ex vultu, sed ex operibus homines iudicandos, cum sub ouilla pelle sæpe atroces lupi delitescant.

De Asino, qui Hero ingrato seruiuerat. LXVIII.

Asinus, qui viro cuidā ingrato multos annos inoffenso pede seruiuerat, semel (vt fit) dum sarcina pressus esset, & salebrosa īcederet via, sub onere ceciderat. Tūc Dominus implacabilis multis verberibus surgere cōpellebat, pigrū aīal & ignauum nuncupans. At ille miser inter verbera hæc secum dicebat. Infelix ego, q̄ ingratum sortitus sum Herū. Nam quāuis ei multo tp̄e sine offensa seruiuerim, tamē nō vult hoc vnum delictum tot meis pristinis beneficiis compensare. Hæc fabula, in eos conficta est, qui beneficiorū sibi collatorum immemores, etiam minimam benefactoris sui in se offensam atroci pœna prosequuntur.

De Lupo suadēte Hystrici, vt tela deponeret. LXIX.

Lupus esuriens in Hystricem intenderat aîum, quē tñ q̄a sa/gittis vndiq; munitus erat inuadere nō audebat. Excogita ta aūt eū perdēdi astutia, illi suadere cœpit, ne pacis tpe tm̄ telorum onus tergore portaret, q̄nquidem ne alii q̄dem sa gittarii, nisi quū p̄lii tp̄s instaret, portarēt. Cui Hystrix ad uersus Lupum inq̄t, semp p̄liandi tp̄s eē credēdū est. Hæc fabula innuit, virum sapientem oportere aduersus inimi/corum, & hostium fraudes semper esse munitum.

De Mure liberante Miluum. LXX.

Mus cōspicatus Miluū laqueo Aucupis implicitū, misertus est auis, quāuis sibi inimicæ, abrosisq; dēte vinculis, euolā/di viā ei fecit. Miluus tanti immemor bn̄ficii, vbi se solutū vidit, Murem nil tale suspicantem corripiēs vnguibus, & rostro lacerauit. Fabula indicat, malignos viros huiusmo/di gratias suis benefactoribus solere rependere.

De Cochlea petente ab Ioue, vt suam domum secum ferre posset. LXXI.

Quum Iupiter ab exordio mundi singulis aîalibus mune/ra, quæ petiissent elargiret̄, Cochlea ab eo petiit, vt domū suam posset circūferre. Interrogata a Ioue. Quare tale ab eo munus exposceret, q̄d illi graue, & molestū futuꝝ erat. Malo inquit tam graue onus ꝑpetuo ferre, q̄ quū mihi li/buerit malum vicinum non posse mutare. Fabula indicat, malorum vicinitatem omni incommodo fugiendam.

De Herinaceo Viperam hospitē eiiciente. LXXII.

Herinaceus hiemē aduētare p̄sentiens, blādē Viperam roga uit, vt in ꝓpria illius cauerna aduersus vim frigoris locum sibi concederet, q̄d quū illa fecisset, Herinaceus huc illuc se prouoluens spinaꝝ acumine Viperā pūgebat, & vehemē/

ti dolore torquebat. Illa male secum actum videns, quan/do Herinaceus suscepit hospitio, blãdis eum verbis, vt exiret orabat, quandoquidẽ locus ambobus esset angustus. Cui Herinaceus exeat inquit, qui hic manere non potest: quare Vipera sentiens sibi locum ibi non esse, illi cessit hospitio. Fabula indicat, eos in consortia non admittendos, qui nos possunt eiicere.

De Lepore sese Vulpi præferente ob pedum velocita/tem. LXXIII.

Lepus sese dignum reputabat, qui Vulpi præferretẽ, quoniã longe illam pedũ pernicitate superabat. Tunc Vulpes. At ego inquit ingenium sum sortita præstantius, quo sæpius q̃ tu pernicitate tua canes eludo. Hæc indicat fabula, cor/poris velocitatem, & vires, ab ingenio longe superari.

De Sene ob impotentiam libidinem carnis relin// quente. LXXIIII.

Vir quidam sanctitate p̃ditus singulari Senẽ quẽdã admonebat, vt tandẽ vitiũ libidinis dimitteret, cui vehemẽter insudarat. Cui Senex, obtemperabo inquit pater sancte sanctissimis, optimisq; admonitionibus tuis. Nam vsum Veneris admodum mihi obesse sentio, & virga amplius non arri//gitur. Fabula indicat, multos nõ amore virtutis, & Dei, sed timore pœnæ, & impotẽtia cõsuetis vitiis solere desistere.

De Agricola, & Poeta. LXXV.

Agricola qdã ad Poetam accedẽs, cuius agros colebat, quũ eum inter libros solũ offendisset, interrogauit eũ, quo pa//cto ita solus viuere posset. Cui ille, solus inquit tãtum esse cœpi, postq̃ te huc cõtulisti. Hæc indicat fabula, eruditos viros, qui doctissimoꝝ viroꝝ turba cõtinue stipantur, tũc

solos esse, quom inter illiteratos homines fuerint.

De Lupo ouis pelle īduto, q gregē deuorabat. LXXVI.

Lupus ouis pelle indutus ouiū se īmiscuit gregi, quotidieq; aliquam ex eis occidebat. Quod quū pastor animaduertisset, illū in altissima arbore suspendit. Interrogantibus autē cæteris pastoribus cur Ouē suspendisset. aiebat, pellis quidem (vt videtis) est Ouis, opa aūt erāt Lupi. Hæc indicat fabula, homines non ex habitu, sed ex operibus iudicādos, qm̄ multi sub vestimētis ouiū, lupina faciunt opera.

De Patre Filiū ad virtutes frustra hortāte. LXXVII.

Pater quidā Filium vitiis deditū multis hortabat̄ verbis, vt derelicta vitioꝝ via, virtutibus īuigilaret, quæ ei laudē, & decus erant pariturae. Cui Filius, frustra inqt Pater me ad hæc facienda hortaris. Multos. n. p̄dicatores (vt aiunt) audiui, q lōge te melius ad virtutum hortabant̄ viam. Nunq̄ tn̄ eoꝝ admonitionibus obsecutus sum. Fabula indicat, viros malignæ naturæ nulli⁹ hortatu a vitiis velle desisterē.

De Cāe oues dn̄i sui occidēte, a quo suspēsus ē. LXXVIII.

Pastor quidam Cani oues suas dederat custodiendas, optimis illum pascens cibis. At ille sæpe aliquam ouem occidebat. Quod quum pastor animaduertisset, Canem capiens eum volebat occidere. Cui canis. Quid me inquit perdere cupis, qui sum vnus ex domesticis tuis, interfice potius Lupum, qui continue tuo insidiatur ouili. Immo inqt Pastor te q̄ Lupum morte dignum magis puto. Ille enī palam se meum hostem profitetur. Tu vero sub amicitiæ specie quotidie meum imminuis gregem. Hæc innuit fabula, longe magis puniēdos, qui sub amicitiæ specie nos lædūt, q̄ qui aperte se nostros inimicos profitentur.

De Ariete cum Tauro pugnante, LXXIX.

Aries quidã inter lanigeros greges erat, tãta cornuũ, & capitis firmitate, vt cæteros arietes statim, facileq; superaret. Quare quũ nullũ amplius arietẽ iueniret, qui occursanti sibi auderet obsistere, crebris elatus victoriis, Tauꝝ ausus ẽ ad certamen ꝓuocare. Sed primo cõgressu, quũ in taurinam frõtem arietasset, tã atroci ictu repercussus est, vt fere moriẽs, hæc diceret. Stultus ego quid egi? Cur tam potentem aduersarium ausus sum lacessere, cui me imparẽ creauit natura? Fabula indicat, cum potẽtioribus se nõ eẽ decertãdum.

De Vidua, & Asino viridi. LXXX.

Vidua quædã cælibatum exosa nubere cupiebat, sed nõ audebat, verita vulgi irrisiones, q maledictis eas solet incessere, quæ ad secundas trãseũt nuptias. Sed commater eius, q̃ contẽnẽdæ eẽnt populi voces, hac arte mõstrauit. Iussit enim asinũ album, quẽ vidua hẽbat viridi colore depĩgi, & per omnes vrbis vicos circunduci. Quod dum fieret, tanta admiratio ab initio omnes inuaserat, vt non solum pueri, verum etiam senes hac re ĩsolita moti asinum animi gratia comitarẽtur. Deinde quum huiusmodi animal quotidie per vrbem duceret, desierunt admirari. Itidẽ inquit ad Viduam Commater eueniet tibi. Si enim virum acceperis per aliquot dies eris fabula vulgi, deinde hinc sermo cõticescet. Hæc fabula indicat, nullam rem esse tanta dignam admiratione, q̃ diuturnitate tpis nõ desinat esse miraculũ.

De Aquila Filios Cuniculi rapiente. LXXXI.

Aquila in altissima arbore nidulata, Catulos Cuniculi, q lõge inde pascebant, in escam pullorũ suorũ rapuerat, quam Cuniculus blãdis orabat verbis, vt suos sibi filios restitue-

re dignaret, At illa eum, vt pusillum, & terrestre aĩal, & ad sibi nocẽdum impotẽs arbitrata eos in cõspectu matris vnguibus dilacerare, & pullis suis epulãdos apponere nõ dubitauit. Tũc Cuniculus filiorum morte cõmotus, hanc iniuriam minime ĩpunitam abire pmisit. arborẽ.n.q̃ nidũ substinebat, radicitus effodit, quæ leui impulsu ventorum pcidens, pullos Aquilæ adhuc inplumes, & ĩuolucres in humum deiecit, qui a feris depasti magnũ doloris solatium Cuniculo p̃buerũt. Hæc indicat fabula, neminem potentia sua fretum imbecilliores debere despicere, quum aliquando infirmiores potentiorum iniurias vlciscantur.

De Lupo pisce fluuii maris regnũ affectãte. LXXXII.

Lupus piscis erat in amne quodam, q pulchritudine, magnitudine, ac robore cæteros eiusdem fluminis pisces excedebat. Vnde cuncti eum admirabantur, & tanq̃ regem præcipuo prosequebantur honore. Quare in superbiam elatus, maiorem principatum cœpit appetere. Relicto igitur amne, in quo multos annos regnauerat, ingressus est mare, vt eius regnum sibi vendicaret: sed offendens Delphinũ miræ magnitudinis, qui in illo regnabat, ita ab illo ĩsectatus ẽ, vt aufugiens vix amnis hostium ingrederetur. Vnde amplius non est ausus exire. Hæc fabula nos admonet, vt rebus nostris contenti ea non appetamus, quæ nostris viribus sunt longe maiora.

De Oue Pastori conuitiante. LXXXIII.

Ouis conuitiabat Pastori, q non cõtentus lacte, qđ in vsum suum, filiorũq; ab ea mulgebat, insup illam vellere denudaret. Tunc Pastor iratus filiũ eius trahebat ad mortẽ. Ecqd inqt Ouis peius mihi facere potes? Vt te inqt Pastor occi/

dam,& lupis, canibusq; proiiciam deuorandá. siluit Ouis maiora adhuc mala formidans. Hæc fabula indicat, nõ debere homines in Deum excandescere, si diuitias, si filios ipsis permittat auferri, quum etiam maiora, & viuentibus, & mortuis possit inferre supplicia.

De Auriga, & rota currus stridente. LXXXIIII.

Auriga íterrogabat Currũ, q̃re Rota, quæ erat deterior strideret, quũ cæteræ idem nõ facerent. Cui Currus, Ægroti inqt semp morosi, & queruli esse consueuerunt. Hæc indicat fabula, mala solere hoĩes ad querimoniá semp ĩpellere.

De Viro amicos experiri volente. LXXXV.

Vir quidam diues admodum, & liberalis, magnã habebat amicorum copiam, quos ad cœnam sæpissime inuitabat, ad quam libentissime accedebant. Volens autem experiri, an in laboribus & periculis sibi fideles essent, omnes pariter cõuocauit dicens obortos sibi inimicos, ad quos perdẽdos ire statuerat. Quare correptis armis secum irent, vt illatas sibi vlciscerent̃ iniurias. Tunc omnes præter duos se se excusare cœperunt. Cæteris igitur repudiatis illos tantum duos in amicorum numero habuit, quos deinde singulari amore ꝓsecutus est. Hæc indicat fabula, aduersam fortunam amicitiæ experimentum esse q̃ optimum.

De Vulpe carnẽ Leporis Cani laudãte. LXXXVI.

Vulpes quum fugaret̃ a Cane, & iá iam esset capienda, nec vllam aliam euadendi viam inuenire se posse cognosceret. Quid me inqt o Canis perdere cupis? cuius caro tibi vsui esse non potest. Cape potius Leporem illum (non procul enim Lepus aberat) cuius carnem suauissimam mortales esse cõmemorant. Canis igit̃ motus consilio Vulpis, omis

sa Vulpe, Leporem insecutus est, quem tñ ob incredibilem eius velocitatẽ cape nõ potuit. Paucis post diebus, Lepus conueniens Vulpẽ, vehementer eam accusabat (verba.n. eius audiuerat) q̃ se Cani demõstrasset. Cui Vulpes. Quid me accusas Lepus, quæ te tantope laudaui? Quid diceres, si te vituperassem? Hæc ĩdicat fabula, multos mortales sub laudationis specie aliis perniciem machinari.

De Lepore calliditatem, & Vulpe celeritatem a Ioue petentibus. LXXXVII.

Lepus, & Vulpes a Ioue petebant. Hæc vt calliditati suæ pedum celeritatem, Ille vt velocitati suæ calliditatẽ adiungeret, quibus Iupiter ita respondit. Ab origine mundi e sinu nostro liberalissimo singulis animantibus sua munera sumus elargiti. Vni aũt omnia dedisse, aliorum fuisset iniuria. Hæc innuit fabula, Deũ singulis sua munera ita esse æq̃li lance largitum, vt quisq; esse debeat sua sorte contentus.

De Equo inculto sed veloci, & cæteris eum irridentibus. LXXXVIII.

Equi complures ad circenses ludos fuerant adducti pulcherrimis phaleris ornati, præter vnum, quem cæteri, vt incultum, & ad huiusmodi certamen ineptũ irridebant, nec vnquam victorem futurum opinabantur. Sed vbi currendi tempus aduenit, & dato tuba signo, cuncti e carceribus exiliere, tum demũ innotuit, quanto hic pauloante irrisus cæteros velocitate superaret. Omnibus enim aliis post se longo interuallo relictis palmã assecutus est. Fabula indicat, non ex habitu, sed ex virtute homines iudicandos.

De Rustico per vocem hædi ad iurisconsultum admisso. LXXXIX.

Rusticus quidá graui lite implicitus ad quedá iuriscósultũ accesserat, vt eo patrono sese explicaret. At ille aliis negociis impeditus, renunciari iubet se non posse nunc illi vacare. Quare abiret alias rediturus. Rusticus, qui huic vt veteri, fidoq; amico plurimũ fidebat, pluries rediens nunq̃ admissus est. Tandẽ hædũ adhuc lactentem, & pinguem secũ deferens, ante ædes iurisperiti stabat, & hædũ vellicans illũ balare cogebat. Ianitor, qui ex præcepto Heri dona portátes statim admittere solebat, audita Hædi voce, Ianuá illico aperiens hoĩem introire iubet. Tunc Rusticus ad Hædum conuersus gratias inquit ago Hædule mi, qui tam faciles mihi has effecisti fores. Fabula indicat, nullas tam duras, difficilesq; fores esse, quas munera non aperiant.

De Adulescente ex coitu infirmo, & Lupo. XC.

Adulescens quidá vxorẽ duxerat, & ipsam quoq; adulescentulam, formosam admodũ, & libidinosam, cuius effrenæ libidini dum satisfacere cupit, ita lumbos exhausit, vt paucis diebus macilentus fieret, & mortuo magis q̃ viuo similis videretur. Non ingredi, non stare, non aliquod opus facere poterat. Vt senex quidá apricatione gaudebat. Dum ergo in aprico stans loco, calore solis sese calefaceret, accidit, vt venatores, qui Lupum fuerant insectati, illac iter haberent, quos cum Adulescens interrogaret, cur Lupum non ceperát, ob incredibilem inquiunt illius velocitatem illum assequi non potuimus: Tunc ait Adulescens, Vxorem profecto hic Lupus habere non debet, si enim Vxori iunctus esset, nunq̃ tanta pedum pernicitate polleret. Hæc indicat fabula, neminem esse adeo robustum, & fortẽ, quẽ nimius Veneris vsus non infirmum, & debilem reddat.

De Sene Iuuenem poma sibi surripientem saxis deii-ciente. XCI.

Senex quidam Iuuenem sibi poma surripientem, blãdis orabat verbis, vt ex arbore descenderet, nec res suas vellet auferre. Sed quum incassum verba funderet, Iuuene eius ætatem ac verba contemnente, non in verbis tantum ĩquit, verum etiam in herbis audio eẽ virtutem. Herbas igit̃ vellere, & in illum iacere cœpit. Quod Iuuenis conspicatus in vehementem risum effusus est, & Senem delirare arbitrabatur, qui crederet eum ex arbore herbis posse depellere. Tunc Senex omnia experiri cupiens. Quando inquit verborum, & herbarum vires aduersus raptorem mearum rerum nullæ sunt, lapidibus agã, in quibus quoq; dicunt esse virtutem: lapidesq;, quibus gremium impleuerat, ĩ Iuuenẽ iaciens, illum descendere, & abire coegit. Hæc fabula indicat, omnia prius sapienti tentanda, q̃ ad armorum cõfugiatur auxilium.

De Luscinia cãtum Accipitri ꝑ vita pollicẽte. XCII.

Luscinia ab Accipitre famelico comprehẽsa, quom se ab eo deuorandam ĩtelligeret, blande eum rogabat, vt se dimitteret, pollicita pro tanto beneficio ingentem mercedem sese relaturã. Quum aũt Accipiter eam interrogaret quid gratiæ sibi referre posset. Aures inquit tuas mellifluis cantibus demulcebo. At ego inquit Accipiter malo mihi vẽtrẽ demulceas. Sine tuis enĩ cantibus viuere, sine cibo vero nõ possum. Hæc fabula ĩnuit, vtilia iucũdis anteponenda.

De Leone Porcũ sibi sociũ eligẽte. XCIII.

Leo quũ socios asciscere sibi vellet, multaq; aĩalia sese illi adiungere optarent, idq; precibus, & votis exposcerent, cæte-

ris ſcriptis cũ Porco ſolũ ſocietatem voluit inire, rogatus aũt cãm, rñdit. Quia hoc aĩal adeo fidũ eſt, vt amicos, & ſocios ſuos in nullo quãtũuis magno diſcrimine vnq̃ relinquit. Hæc fabula docet, eorum amicitiã appetẽdã, q aduerſitatis tempore a p̃ſtando auxilio non referunt pedem.

De Culice cibũ, & hoſpitiũ ab Ape petẽte. XCIIII.

Culex hiberno tẽpore quum, & fame, & frigore ſe periturũ coniiceret, ad apium acceſſit aluearia, ab eis cibum, & hoſpitium petens. Quæ ſi ab eis fuiſſet conſecutus promittebat filios earum ſe artem muſicam edocturum. Tunc quædam Apis, at ego inquit artem meam malo liberi mei diſcant, quæ res a famis, & frigoris periculo eximere poterit. Fabula nos admonet, vt liberos noſtros iis artibus erudiamus, quæ eos ab inopia valeant vendicare.

De Aſino Tubicine, & Lepore tabellario. XCV.

Leo rex quadrupedũ aduerſus volucres pugnaturus ſuorũ acies inſtruebat. Interrogatus autem ab Vrſo quid ei Aſini inertia, aut Leporis timiditas ad victoriam conferre poſſent? quos ibi inter cæteros milites adeſſe cernebat. reſpondit, Aſinus tubæ ſuæ clangore, milites ad pugnã cõcitabit. Lepus vero ob pedum celeritatem, tabellarii fungeť officio. Fabula ſignificat, neminem adeo contemptibilem, qui aliqua re nobis p̄deſſe non poſſit.

De Accipitribus inter ſe inimicis, quos Columbæ pacauerant. XCVI.

Accipitres inuicẽ inimici quotidie decertabant, ſuiſq; odiis occupati alias aues minime infeſtabãt. Columbæ illorum vicem dolentes, eos miſſis legatis compoſuere. Sed illi vbi inter ſe amici effecti ſunt, cæteras aues imbecilliores, & ma

xime columbas vexare,& occidere non desinebant. Tunc secum Columbæ, q̃ vtilior Accipitrum discordia q̃ concordia nobis erat? Hæc monet fabula, malorum inter se ciuiũ odia alenda potius, q̃ extinguenda, vt dum inter se digladiantur, viros bonos quiete viuere permittant.

De Muliere ignẽ in Mariti domũ ferente. XCVII.

Vir quidam prudens uxorem ducebat. Interrogatus autem ab amicis, quid sibi vellet facula illa, quam noua nupta accensam e paterna domo effert. Rursusq; Mariti domum ingressura accẽdit,& intro fert. Significat inquit, me hodie ignem e soceri mei ædibus ablatum in domum meam inferre. Fabula significat, sæpenumero mulieres ignem quendam esse, qui mariti bona comburit.

De Prætore repetundarum damnato. XCVIII.

Prætor, qui prouinciã cui præfuerat expilauerat, repetundarum dãnatus fuerat. Quumq; ægre ablata restitueret, dicebat quidam e prouincialibus. hic noster Prætor Mulieres imitatur, quæ fœtus concipientes mira voluptate afficiuntur: quum autem eos emittunt, incredibili dolore torquẽtur. Fabula significat, aliena non esse surripienda, ne illa deponere coacti mœrore conficiamur.

De Sene mortem differre volente. XCIX.

Senex quidam Mortem, quæ eum e vita ereptura aduenerat, rogabat vt paululum differret, dum testamentum conderet,& cætera ad tãtum iter necessaria p̄pararet. Cui Mors, cur nõ inquit hactenus præparasti, toties a me admonitus? Et quom ille eam nunq̃ a se visam amplius diceret, quum inquit nõ æquales tuos modo, quorũ nulli fere iam restãt, verũ ẽt iuuenes, pueros, infantes quotidie rapiebã, non te

admonebam

admonebam mortalitatis tuæ? Cũ oculos hebescere, audi tũ minui, cæterosq; sensus in dies deficere, corpus ingraue/scere sentiebas, nonne tibi me ꝓpinquam esse dicebã? & te admonitũ negas: Quare vlterius differendũ nõ est. Hæc fabula idicat, ita viuẽdũ, quasi mortẽ semp adesse cernamus.

De Auaro sacculũ nummoꝝ alloquente. C.

Vir qdam auarus, qui ingentẽ aureorũ aceruum male partũ relicturus moriebatur, interrogabat sacculum nũmorum, quem morienti sibi iusserat afferri, quibus voluptatem eẽt allaturus. Cui sacculus hæredibus inquit tuis, qui nũmos a te tanto sudore quæsitos in scortis, & conuiuiis ꝓfundẽt, & Dæmõibus, qui animam tuã æternis suppliciis mãcipabunt. Hæc indicat fabula, stultum esse in iis laborare, quæ aliis gaudium, nobis autem sint allatura tormentum.

FINIS.

Petri Pauli Phãtini de Tradotio in hecatomythion cõsumatissimi viri Laurẽtii Abstemii Maceraten. tetrasticõ.

Quod nemus hesperidum panchaia bactra sabæi,
Helisium quod habet, quod tagus, astur arabs,
Cuncta tuo Abstemi nascuntur sponte vireto,
Cuius habent siliquæ seria, non apinas.

Ioannis Antracini Maceratẽ. in hecatomythion clarissimi viri Laurentii Abstemii Maceraten. tetrasticon.

Doctiloquos aliis scriptis superare latinos
Quære sumus lepidis græcia docta pares.
Te Xanthi seruus technis celebrauit amœnis.
Non minus Abstemii nos decorauit opus.

O.

Laurentius Abstemius magnifico ac strenuo viro D. Angelo Griphoni equiti aurato. S.P.D.

Cogitanti mihi Vir magnifice, cui potissimũ dono darem hũc Apologorum libellum, quem vt alium a me superioribus annis editum, & illustri Principi Octauiano dedicatum Hecatomythium de numero fabulaꝝ nuncupaui, tu non hoc modo, verum etiam maiori dignus munere occurristi, non quia vtroq; parente clarissimo ortus sis, multi.n. generosis orti parẽtibus, & a maioꝝ virtutibus degenerãtes dedecori suis fuere. Nec qa amplas diuitias et opes possides, multi.n. locupletissimi ĩdocti, ĩcultiq; sunt: quos Diogenes ille Sinopæus oues aureo indutas vellere nũcupabat. sed quia vt multorũ, & Benẽtis nostri ꝓcipue sermone accepi, ita omni virtutũ gñe fulges, ita literas & literatos amas, vt maioꝝ tuoꝝ gloriã nõ mõ æques, veꝝ ẽt superes. Diuitiis vero nõ incũbis, vt Draco ille puigil, q aurea mala ꝟuabat, sed eas ad liberalitatẽ cõfers, & hoc famis tpe, ne hoĩes inedia ꝑeant, multoꝝ succurris ĩopiæ. Cæteras virtutes tuas laudo, & admiror, hoc aũt pietatis opꝰ, qbꝰ laudibꝰ efferre debeã, nõ inuenio. Sed tu non hoc facis, vt humanã gloriã cõseq̃ris, nõ.n. hic mercedẽ recepturus es. Nõ ĩ eoꝝ nũero reponẽdus es, de qbꝰ Virgilius. Aut q diuitiis soli incubuere reptis, Nec ptẽ posuere suis, q̃ maxĩa turba ẽ. Merito igit̃ te potissimũ elegi, cui hãc meã inscriberẽ lucubratiũculã, mei in te amoris, & obseruãtiæ testẽ. Tu vero ꝓ tua hũanitate hoc exiguũ Abstemii tui munus læto aĩo, & serenã frõte suscipe, nõ rẽ, sed dãtis aĩum, volũtatẽq; cõsiderãs. Vale, Ex vrbe Fanestri, pridie Cal. Maii. M.D.V.

DE DIVITE petente a Fortuna, ne plures sibi daret diuitias. Fabula. I.



Ir quidã admodũ diuitiaꝝ, & opum suaꝝ pertæsus mendico hoĩ centũ aureos obtulerat, si ad Fortunã suã accedẽs, quæ in remotis orbis partib⁹ morabat̃ eã noĩe suo rogaret, ne plures diuitias sibi cõcederet. Pauper lõgi itineris labore deterritus, primo abnuit. Sed quõ deĩde consilii pœnitens se iteꝝ polliceret̃. Diues nõ plus q̃ nonagĩta dare velle se dixit. Pauper hanc paruam tanti laboris mercedẽ ratus renuit primo, sed quom paulopost nonagĩta peteret. Diues vix, vt octoginta daret, poterat adduci. Sed quom Mendicus hunc quoq; numerum recusaret, postea vellet: semper Diues ex numero oblato decem detrahebat, donec ad denarium numerum peruenisset. Mendicus tandem qui centum recusarat aureos, inopia vrgente aureis decem acceptis ad Fortunam se contulit, multis eam rogans precibus, ne in Diuitem plures vellet cõferre diuitias, quæ illi molestæ, & graues admodum erant. Sed in se potius vellet esse benigna, qui a teneris annis in perpetua vixerat inopia. Tunc Fortuna, constitui inquit Diuiti illi, qui temisit etiam nolenti duplicare, immo triplicare diuitias. Te autem in summa mendicitate perpetuo viuere faciam. Decem autem quos accepisti aureos, nunquam habuisses, nisi tunc arctissimus me oppressisset somnus. Fabula indicat, Fortunam infelici homini semper aduersam, Fortunato autem etiam nolenti semper esse propitiam.

De Vidua, q̃ opariũ suũ sibi cõiugio copulauit. II.

Vidua q̃dã cõquerebat̃ cum Operario, quem ad fodiẽdum

agrum conduxerat, qđ omni auxilio destituta non posset & viri & mulieris pariter officium sustinere. Tunc Operarius eam hortari cœpit, vt viꝝ acciperet, qui bonam, magnamq; partem oneris ei demeret, pollicitusq; est se eam sibi matrimonio copulatuꝝ, si eum tali officio idoneum iudicaret. Tum Mulier nõ vlterius cunctandum rata, quum hunc ad opus maritale admodũ aptũ arbitraret̃, fac inqt, qcqd vis, deinde (erat enim hora prãdii) comedemus. Operarius & huiusmodi cõfabulatiõe, & viduæ forma ad venerem incitatus, silua no auspice matrimonium consumauit, proq; agro viduam fodere cœpit. Fabula indicat, q̃ facile humanæ mentes venerea voluptate capiantur.

De viro deflente Vxorem, qui tamen ostendit statim aliam superducere velle. III.

Vir qdã paup defunctæ Vxoris mortẽ multis lachrymis, & q̃relis ꝓsequebat̃, se miseꝝ & infelicẽ vocitans, qui tã ꝓbæ Mulieris esset consortio destitutus, vtq; suum in vxorẽ testaret̃ amorẽ, dicebat in morẽ turturis cõpare priuati, in ꝑpetuo cælibatu velle permanere. Inter lamẽtãdum aũt cernẽs qđ mulieres, q̃ ad curandum funus cõuenerãt, veste nimiũ sumptuosa defunctam ĩduere volebant. Quid facitis inqt stultæ? Cur tam p̃tiosam vestẽ ꝑdere vultis? Quid alia vxor, quam ducturus sum, feret? Tũc oẽs, q aderant, ĩter luctus, & lachrymas vix risum poterãt cõtinere. Qui.n.paulo ante cælibẽ vitam agere velle se dixerat, nũc de alia vxore cœperat cogitare. Fabula indicat, difficile eẽ animi ægritudinem verborum simulatione cælare.

De Sacerdote, q qnq; vestales p̃gnantes fecerat. IIII.

Sacerdos quidam spectatæ admodũ vitæ ab Epo venerabili vi

ro monasteriū custodiendū, curādūq; accepat, in quo qnq; mulieres Deo dicatæ iuuenes, sed nō multū pudicæ erant īclusæ. Sed qm̄ mentes quoq; ferreæ libidine superant, īfe/lix vir nō cogitans cui faceret iniuriam, illaꝝ forma, ac illecebris delinitus, intra anni circulū qnq; ex illis filios ꝓcreauit. Quod quom Antistes audisset, ira & furore succensus accersitū ad se sacerdoté vehemēter īcrepuit, pfidum, & sa/crilegum hoīem nuncupans, q tēplū spiritus sancti eēt au/sus violare. At ille rubore suffusus, quū se aliter defendere nesciret, Domine inqt, qnq; talēta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum. Quo dicto tam faceto permo/tus Episcopus homini veniam dedit. Fabula indicat, pec/cata, quum ratione nequeant, vrbanitate diluenda.

De Episcopo, qui sacerdoti ignouerat nummos arma/tos afferenti. V.

Episcopus quidam pecuniæ quam salutis animæ cupidior, Sacerdotem quendam, qui grauissimum quoddam scelus perpetrarat, condemnare decreuerat. At ille cui præsuli sui erat auaritia nota, lancem aureis plenam, quibus imago regis armati erat impressa, Episcopo dono dedit. Tunc Antistes. Constitueram īquit te omnino perdere. Sed quis pos/set tot armatis obsistere? Inuitus te cogor absoluere. Fabula indicat, nullū scelus esse tam deforme, quod vir auarus pecuniæ magnitudine non condonet.

De Psitaco admirante cur maior honor alibi, q̃ in pa/tria sibi exhiberetur. VI.

Psitacus ex oriente in occidenté delatus, vbi huiusmodi aues nasci nō cōsueuerūt, admirabatur sese in maiori pretio, & honoré haberi, q̃ in natali cōsueuisset solo. Nā caueā ebur

neá argẽteis cõtextá virgis incolebat, ſuauiſſimiſq; alebat cibis, q; cæteris auibus occidẽtalibus, q̃ neq; forma, neq; in exprimẽdis hũanis vocib⁹ erãt ĩferiores, nõ cõtigebat. Tũc Turtur ĩ eadẽ cauea cõcluſus, hoc ĩqt, nulla ẽ admiratione dignum. Nulli.n.in patria meritus honor exhiberi ſolet.

De Aqla ĩ pulchritudine ſe cæteris auib⁹ p̃ferẽte. VII.

Aquila ſe in pulchritudine cæteris auibus præferebat, cunctis hoc verum eſſe affirmãtibus. Pauo autem ſecum dicebat. Non pennæ te formoſam, ſed roſtrum & vngues efficiunt, quorum timore nulla ex nobis audet tecum de formoſitate certare. Fabula indicat a multis res potentiorum, non tam veritate, q̃ timore laudari.

De Teſtudine ab Aquila in altum ſublata. VIII.

Teſtudo ægre ferẽs ſe ĩ locis humidis, & cõuallibus aſſidue cõmorari, Aquilam rogauit, quá audierat ita alte volare, vt maximos terraꝝ tractus poſſet lõge, & late deſpicere, vt ſe in altũ tolleret, vñ ipſa quoq; montes, & valles: campos, & æquor eodẽ tpis momẽto poſſet intueri. Quod quũ Aqla prompte feciſſet, eam ex alto demiſit, vnde cadens humi illiſa, & confracta eſt. Fabula monet, ne quis ſe altius extollere velit, q̃ eius conditio, aut natura patiatur.

De Cane aduerſus Lupum Aſino non opitulante, qa ſibi panem non dederat. IX.

Canis moloſſus nõ mõ ad Lupos, ſed ẽt ad Vrſos expugnãdos validus, cũ Aſino, q ſaccũ panibus plenũ ferebat, lõgũ iter fuerat ingreſſus. Inter eundũ aũt oborta fame, Aſinus pratum offendens, large ventrem virẽtibus herbis impleuit, Canis aũt Aſinũ rogabat, vt aliquãtulum panis ſibi daret, ne periret inedia. At ille non ſolũ panem nõ dabat, ſed

canē irridēs illi vt secū herbas pasceret, cōsulebat. Interim lupū aduenietē Asinus cōspicatus, Canē rogabat, vt sibi eēt auxilio. Cui Canis. Tu mihi īqt cōsuluisti, vt aduersus famē herbas pascerē. Ego quoq; tibi consulo, vt aduersus Lupū te ferratis calcibus tuearis. Hæc quō dixisset abiēs in gratū comitē, & raptoris sui mox cibū futuꝝ ī pugna dese ruit. Fabula indicat, qui indigētibus expetita nō pstat auxilia, ab aliis quoq; necessitatis tēpore solere destitui.

De Paupe flēte ruinā dom⁹ vbi thesaurū inuenit. X.

Vir quidam pauper nihil hēbat præter domū ruinā minantem, tibicinibusq; suffultam, quam ab agro rediens quom ruentem offendisset, nec haberet, vnde eam reficeret, vehemēter angebat̃, magnoq; heiulatu, & clamore cūcta cōple bat. Inter lamentandum autem cernit urnulam æneam, quæ multos iam annos in pariete obstrusa latuerat, īter ru dera & saxa iacētem, quam quū substulisset, apertamq; aureis plenam inuenisset, heiulatu & clamore compressis, ve hementi gaudio affectus est. Fabula indicat, sæpenumero id nobis vtile esse, quod damnosum putabamus.

De Vulpe orāte foramē dom⁹ mō dilatari, mō cōtrahi. XI.

Vulpes īgressura domū Rustici, vbi gallinas audierat, foramē p quod trāseūdū erat, dilatari cupiebat. Sed rursus quū raptā gallinā ferēs īde fugeret, & latratū canis audiret deos precabat̃, vt cani foramē eēt angustū, ne inde posset exire. Fabula īdicat, mortales pro commodis suis vota mutare.

De Olea tarde, & Cucurbita cito crescentibus. XII.

Olea admirabat̃ Cucurbitam iuxta se natam breui tantum creuisse, vt se esset longe altior, q̄ annos q̄ plurimos in eodē fuerat loco. Sed quō aduētante hieme Cucurbita exaruis-

ſet,minime inquit Olea, cito creſcentibus eſt iuidendum, quibus tam citus eſt paratus iteritus. Fabula indicat, nimium feſtinata non eſſe diuturna.

De Pecunia potius ad malos, quam ad bonos accedente. XIII.

Pecunia interrogata a Virtute cur potius ad malos, quam ad bonos accederet. Quia boni inquit mentiri, peierare, vſuram facere, & alios ſpoliare te magiſtra nõ didicerunt. Hæ enim res ad ſeſe me trahere ſolent. Tunc Virtus, malo inqt diſcipuli mei in paupertate degant, quã ſeſe his vitiis cõtaminent. Vtriſq; enim cito moriendum eſt. Boni in terrarum orbe gloriam relinquentes ſempiternam, ad cæleſtia regna ſubuolabunt. Mali autem merita notati infamia relictis opibus ſuis ad tartara ima deſcendẽt. Fabula monet, diuitias turpiter non congregandas, quæ amatoribus ſuis hic infamiam, poſt mortẽ aũt ſint daturæ tormentum.

De Bubone dicente Aquilæ filios ſuos cæterarũ auiũ filiis eſſe formoſiores. XIIII.

Aquila in cõcilio auiũ dixerat, cæterarũ auium filios, qui magis formoſi eẽnt in aulicos eligere. Et quũ certatim quæq; ſuos offerret. Bubo Regina inqt noſtra, meos accipe, qui cæteros pulchritudine ſuperant. qua forma inqt Aqla ſũt filii tui? Qua ego ſum Bubo rñdit. Tũc cũctæ aues ſunt vehemẽti cachinno cõmotæ. Fabula ĩdicat neminẽ natũ adeo deformẽ, qui parẽtibus ſuis non videat̃ eſſe formoſus.

De Vulpe in puteũ delapſa, quæ Lupum rogabat, vt inde eam ſubduceret. XV.

Vulpes in puteũ delapſa, & iã iã ſubmergẽda, rogabat Lupũ in putei margine exiſtẽtẽ, vt demiſſo fune illic eã educeret.

Cui Lupus,quo inqt istuc decidisti?Nō est nūc ait Vulpes istud narrādi tp̄s.Quū me hinc subduxeris, tibi ordine cūcta narrabo:Fabula indicat,quō periclitātibūs celeri auxilio opus est,superuacuis verbis tp̄s non esse terendum.

De Fele,quæ Murem,& caseum comedit. XVI.

Vir quidam magnum ac pulcherrimū in capsa caseum habebat,quem Musculus edebat.Ex consilio ergo amici Felem illuc clausit,quæ occiso Mure totum caseum comedit. Fabula indicat,eos non adhibendos custodes,qui non minus q̄ hostes nobis nocere possunt.

De lauto Leonis cōuiuio,nō oībus aīalibus grato.XVII.

Leo epulū opipare,apparateq; cæteris brutis aīalibus exhibebat,in quo gallinæ,turdi,& hm̄oi auiū,carnes partim assæ, partim elixæ erant.Hoc cani,feli,& cæteris aīalibus carniuoris gratū admodū erat.Cætera āt quæcunq; herbis,hordeoq; vescunt̄ hm̄oi conuiuiū vt insipidū dānabāt.Fabula indicat,q̄ difficile sit variæ vulgi voluntati satisfacere.

De Viro de morte patris pisciculos sciscitāte.XVIII.

Vir q̄dam doctus ad cōuiuium cuiusdā Principis accitus,& in vltimo loco discūbere iussus,quum cæteris cōuiuis magni pisces,sibi aūt minutuli apponerent̄,nullū edebat.Sed singulos ori prius,deinde aurib⁹ admouēs,tāq̄ aliqd ab eis scitaturus in patinis ītegros,& illæsos reponebat.īterrogatus a magistro conuiuii cur hoc faceret,meus inquit pater ante hoc bieniū his in regionibus naufragio periit.nec qd de eius cadauere factū sit,postea scire potui.Scitabar ergo ab his pisciculis,an aliqd de eo scirēt.Verū hi eo tp̄e nōdū se natos fuisse rn̄dēt.Quare maiores interrogādi eēnt.Prīceps audito tam lepido dicto,ipsi quoq; maiores iussit ex/

hiberi, sempq; eum postea inter pcipuos côuiuas habuit. Fabula indicat, apud literarū inopes doctis viris non tā doctrinam, q̄ facetias, & vrbana dicta prodesse.

De Cane pluuiam timente, quia feruenti aqua fuerat excoctus. XIX.

Canis quidam quoties pluebat domo egredi non audebat. Interrogatus ab alio cane cur hoc faceret. Quia īquit quōdam feruenti aqua excoctus sum. Fabula indicat, grauia mala expertis leuissima quæq; timori esse.

De Viro, q̄ vicino côuitiante vesicā côcutiebat. XX.

Vir quidam prudens mitis, ac trāquilli ingenii habebat vicinum maledicum, iurgiorū amantem, qui eum quotidie côuitiis, & maledictis ad iram prouocabat. Vt igitur illius petulantiam, & pcacitatem retunderet, quoties eum conuitiantem audiebat, nil respondebat. Sed vesicam vento plenam, in qua fabas concluserat, concutiebat: cuius sonitu illum erubescere, & a conuitiis desistere compellebat. Fabula indicat, maledictis, & stultis viris minime respondendū, ne eis similes iudicemur.

De Asino, qui porco inuidebat. XXI.

Asinus porco, qui sub eodem erat dño, plurimum īuidebat, qđ oīs laboris exps, variis nutriret̃ cibis, indiesq; pinguior fieret, ipse autem plurimum laboris sustinens duris paleis aleretur. Vnde macilentus effectus vix ingredi posset. Sed vbi vidit contubernalem suum ad lanienam trahi vt occisus hoīum esset cibus, aliquantulum recreatus. At at inqt, hinc illa in nutriendo porco hominum diligentia. O quā melius est Asinum esse, quam porcum. Fabula indicat, iis quos felices putamus, minime inuidendum, quum illa ad

umbrata felicitas sæpe multis sit causa miseriis.

De Muliere ob turdos verberata. XXII.

Vir quidam iracundus emens merulas dederat vxori coquendas dicens. Coque hos turdos, cui vxor Merulæ sunt non turdi. Quom autem maritus contenderet esse turdos; nec vxorem posset inducere, vt turdos esse assentiretur, plurimis eã verberib⁹ affecit. Exacto aũt anno, quõ dies certaminis illuxisset. Mulier verberum memor, hæc est inqt illa dies, qua me superiori anno ob illas maledictas merulas tã male tractasti. Adhuc inquit Vir negare audes illos fuisse turdos? & quom rursus Mulier Viro non cederet, iterum vapulauit, sicq; quotãnis eadem die redeunte vapulabat. Fabula indicat, stultum esse aduersus potentiores se ob minimam rem velle contendere.

De viro, qui experiri voluit mentem vxoris. XXIII.

Vir quidã callidus expiri cupiens animũ vxoris, quæ sæpenumero dicere solebat, adeo viri amorem sibi infixum, qđ si optio daretur, mariti vitam sua morte redimeret, super nudos vtriusq; pedes stupam igne succensam decidere permisit. Tunc Mulier dolore affecta, amorisq; oblita mariti a suis tantum pedibus ardentem stupam excussit. Fabula viros admonet, ne mulieribus fidem adhibeant, quom maritos magis q̃ se ipsas amare testantur.

De Opilione, q inter canes Lupũ aluerat. XXIIII.

Opilio reperiens Catulum lupi domũ tulit, eũq; inter canes ouiũ custodes aluit, q vbi adoleuit, oues occidere, canesq; vt vna secũ comederẽt edocere. Quod Opilio aĩaduertẽs Lupũ qdẽ occidit, canes tñ vt ab ouiũ cæde tẽperarẽt, non poterat prohibere. Tũc Pastor secum. Merito plector, vt

qui lupũ canibus immiſcui, qui eos oues occidere docuit. Fabula ĩdicat, bonoꝝ mores maloꝝ cõſuetudine corrũpi.

De Filio Hortulani puncto ab Vrtica. XXV.

Filius Olitoris pũctus ab Vrtica, quæ paternis in hortis creuerat, conqueſtus eſt Patri, quod herba domeſtica ne heri quidem ſui filio peperciſſet. Cui Pater, Fili inquit, huic innatum eſt omnibus eandem eſſe. Fabula indicat, viꝝ natura malignum ne a domeſticorũ quidẽ iniuriis abſtinere.

De Gallo Vulpinã pellem fugientem. XXVI.

Gallus a Vulpe captus magna difficultate illius manus euaſerat. Hic paulopoſt viſa Vulpis pelle vehemẽter territus fugiebat, q cũ a cæteris irrideret̃ auibꝰ, qđ inani timore cõcuteret̃. Si inter Vulpis vngues, vt ego inqt, fuiſſetis, pedũ veſtigia, nedum pellẽ illius timeretis. Fabula indicat, e magnis periculis elapſos, quæq; minima formidare ſolere.

De Paſtore gregẽ ſuũ aduerſus Lupũ hortãte. XXVII.

Paſtor, qui magnũ capraꝝ ouiũq; gregẽ hẽbat, videns gregẽ ſuũ quotidie Lupi eſcam fieri, ac minui, oues & capras cõgregans longa eas oratione hortatus eſt ne vellent Lupũ formidare, quom eſſent numero plures, & cornibus, qbus Lupus careret, inſup armatæ. Sed vellẽt vnanimiter, & auxilio mutuo ſeſe ab illius impetu, & furore defendere, promittens ſe quoq; eis nõ defutuꝝ. Illæ hac oratiõe animatæ ꝑmittũt, iurantq; ſe nequaq̃ Lupo ceſſuras. Quũ aũt paulopoſt Lupus aduẽtare nũtiaret̃, tanto timore affectæ ſũt, vt nullis Paſtoris verbis poſſent a fuga cohiberi. Tũc Paſtor ſecũ ĩpoſſibile ẽ inqt mutari poſſe naturã. Fabula indicat, hoĩes nã ignauos, ac meticuloſos ñ ſolũ cõſpectu, ſed ẽt hoſtiũ fama terreri: nullaq; ducis oratõe ad virtutẽ accẽdi.

De Apro Asinū ad certamē ꝓuocante. XXVIII.

Aper Asinum ad certamen prouocans, sperabat se victorem fore, quod longiores, acutioresq; sibi, quam aduersario dētes essent. Sed quom Asino propīquasset, ferratis pedibus percussus, cecidit semimortuus. Paulopost ad se reuersus. Non istinc me lædi inquit credebam. Fabula indicat, virum prudentem omnia explorare debere, vnde ab aduersario possit offendi.

De Viro, qui Vxori se ouū peperisse dixerat. XXIX.

Vir quidā experiri volēs, an Vxor cōmissa tegeret. Vxor inquit magnum portētum, & silentio dignum mihi hac nocte contigit (cum illa.n.cubans hoc dicebat) qđ enarrarē, si a te nō efferri arbitrarer. Veꝝ nō audeo, qa mulieres rimaꝝ plenas, & hac illac ꝓfluētes audio. Cui Vxor, nōdū me per nosti mi Vir, q ex aliaꝝ ingeniis me iudicas. Potius mortē mihi paterer inferri, q̄ aliquid cōtra tuam volūtatem efferrem, idq; iureiurando cœpit affirmare. Tūc Maritus quasi verbis illius fidē haberet, peperi inqt hoc ouū (dormitū.n. ꝓficiscēs ouū secum attulerat) Sed caue si me ames, ne cui hoc dicas. Tute.n.nosti quanto dedecori mihi eēt, si ex viro gallina factus dicerer. Mulieri tarde admodum nox discedere visa est. Vix ergo aurora rutilante, cōmatrē conueniens narrat maritum duo oua peperisse. Illa vero alteri mulieri, compatrem suum, tria oua enixum eē. Quid multis moror? Anteq̄ Sol occideret, ꝑ totam vrbem vulgatū ē hunc hominem ad.xl.oua peperisse. Fabula indicat, quæ taceri volumus, nulli mulieri esse dicenda.

De Sacerdote, qui turdos puero suo assandos dederat. XXX.

Sacerdos gulæ deditus decem Turdos pingues veru infixos Puero suo assandos dederat, dicēs oportere ab illo omnes ad vnum edi, si ī cinerē deiiceret. Quō paulopost rediisset (fuerat.n.ad q̄dā negotia expediēda ꝓfectus) reperit Puerum heiulātem. Qui interrogatus cur fleret, rn̄dit, qa non potuisset nisi nouē comesse, quū in cinerem decidissent, rogaretq;, ne aliū tūc eē cogeret, qm̄ satis supq; satis venter sibi turgidus eēt. Sacerdos irritat⁹ quū Pueri amētia, tū qa se cœna priuatū cōspiciebat, educto extra limē domus Puero ōndit ei tres vias dicens, elige quā vis, hic pernoctaturus non es. Fabula indicat, amentes seruos domi nō habēdos.

De Ficedula Turdū in fertiliorē locū ducēte. XXXI.

Ficedula per locum quendam desertum iter faciens reperit Turdum labruscæ vuis, & siluestrium arboꝶ bacis victitātem, apud quem hospitata, hortata est eum, vt relicto tam sterili, & deserto loco, secum pergeret. Se.n. ducturā eum in regionem suauissimis vuis, ficis, & omni pomoꝶ amœnitate refertam. Quom autem Turdus illius consiliis obsecutus, in locum a ficedula prædictum peruēisset, reperit cibos adhuc suauiores, q̄ illa ꝓmiserat. Sed quom videret non nullas aues visco īplicitas, alias laqueis captas, cōplures retib⁹ irretitas, & mille īsidias, ac dolos auibus tēsos, vale Ficedulæ dicēs antiquā in patriā rediit, vbi vsq; ad decrepitā ætatē absq; vllo insidiātiū metu vitā tranqlle ꝑtraxit. Fabula indicat, lōge melius eē tenui, & agresti victu quiete viuere q̄ lautis, & opiparis epulis inter vitæ discrimina.

De Viro auaro moriente. XXXII.

Vir auarus moriens, quom tunc demum intelligeret, nihil secum laturum, vertit se ad amicos & ꝓpinquos, quos præ

ſentes cernebat dicẽs. Diſcite a me, qui omne vitæ tempus ſtruendis opibus incubui, ne nimium ſtudeatis congrega re diuitias. Ex tot enim terræ iugeribus, & tam ꝑtioſis ve// ſtibus, quas tanto ſudore paraui, quinq; pedum foſſam, & linteamen vnum, quo mortuus tegar poſſidebo. Fabula ĩ dicat, ſtultum, & miſerum eſſe tãtam coaceruãdis opibus operá impẽdere, q̃ velimus nolimus breui ſũt relinq̃ndæ.

De Grammatico docente Aſinum. XXXIII.

Grammaticus quidam gloriabatur adeo in arte ſua ſe ex// cellẽtem eſſe, vt ſi digna daretur merces, non modo pue// ros, verum etiam aſinos docere profiteretur. Princeps au/ diens hominis temeritatem interrogat eum, an ſi quin// quaginta ei daret aureos, intra decennium docere Aſinũ confideret. Reſpondit vir impudens non recuſare ſe ab eo interimi, ſi hoc ſpatio temporis Aſinus ille legere, & ſcri- bere neſciret. Amici hoc audiẽtes admirabant̃, increpabãt q; hominem, qui non modo rem arduam atq; difficilem, verum etiam impoſſibilem facere promiſiſſet, timebantq;, ne exacto hoc tempore a Principe occideret̃, quibus ille reſpondebat. Anteq̃ hoc tempus elabat̃, aut Aſinus morie tur, aut Princeps, aut ego. Fabula indicat, in periculo con/ ſtitutis moram ſæpe auxilio eſſe ſolere.

De Lupo, qui ſe religioni addixerat. XXXIIII.

Lupus in ſeniũ deductus, cum nõ amplius venari poſſet, ſeſe religioni addixit, ſumptoq; monachi habitu, cibũ hoſtia/ tim mendicabat. Reprehenſus ab alio Lupo, qd uis inqt faciam? dentes deciderunt, currere nõ valeo. Quare aliter viuere poſſe diffido. Fabula declarat, multos hoĩes religio ni ſeſe addicere, quia aliter vitam degere nequeunt.

De Morione crucifixũ ꝓ thuribulo afferẽte. XXXV.

Sacerdotes cõplures in quoddam templum ad solẽnia cele/ branda conuenerant, vbi thuribulum nõ erat. Miserunt er go Morionem quendam ad aliud templum propinquũ, vt inde thuribulum afferret, qui profectus, quũ quid esset thuribulũ nesciret, crucifixum ligneũ, quem ibi forte of/ fendit, humeris tollens attulit Sacerdotibus, qui ridentes, quum non crucifixum, sed thuribulum velle dicerent: At ego inquit Fatuus, nihil ibi hoc magis tribulatum inueni. Fabula indicat, res peragendas fatuis nõ comittendas.

De Serpente saxo oppresso. XXXVI.

Serpens ingenti oppressus saxo, rogauit Virũ illac iter habẽ/ tem, vt a se onus amoliret, pollicitus ingẽtem se illi Thesau rũ, si hoc faceret, daturum. Quod quũ Vir mitis fecisset, nõ mõ ꝓmissa non soluebat, sed hoĩem morte dignũ esse dice bat. Dũ ita cõtẽderent, accidit, vt Simius illac trãsiret, q iu/ dex, & arbiter electus, non possum inquit, ĩter vos tãtas cõ ponere lites, nisi videro prius quo pacto Serpens sub saxo stabat. Quom ergo Vir Serpenti saxũ imposuisset, inqt Si mius, ingratũ aĩal sub saxo relinquẽdũ censeo. Fabula indi cat, ingratos homines nullo dignos esse beneficio.

De Viro lapidato, qui resurrexit. XXXVII.

Vir quidã lapidibus occisus a populo, resurrexit, q interro/ gatus a quodã, qd sibi in ea lapidatiõe molestius fuisset, ni hil inqt lapide, quẽ qdã iecit, quẽ mihi amicũ esse credebã, q̃uis nõ fuerim illo ꝑcussus. Fabula indicat, mala q̃ ab ami/ cis inferuntur grauiora videri, q̃ q̃ nobis inferunt inimici.

De Vulpe capta, & a Gallo prodita. XXXVIII.

Vulpes Rustici laqueis, cuius plurimas gallinas occiderat,

capta

capta rogauit Gallũ, a quo solo visa fuerát, vt aut cultellũ, quo laqueũ scinderet, sibi afferret, aut Hero nihil diceret, quoad dentibus laqum abrupisset. Gallus vtrũq; pollicit⁹ dñm ꝓpere adiens, narrat Vulpem casse detineri, quem cla ua armatum ad se perdendam venientem Vulpes conspi/ cata. Infelix ĩquit, & stulta ego, quæ credidi Gallum mi// hi fidum fore, cuius tot vxores occideram. Fabula indicat, iis quos insigniter læsimus nun quam fidendum.

De Vulpe gallinas metu canis ĩuadere ñ audẽte. XXXIX.

Vulpes cohortẽ gallinaꝝ nocte ĩuadere nõ audebat metu ca nis, quẽ apud eas pnoctare cognouerat. Sed quom eas alio migrasse, vt cũ nõnullis aliis gallinis degerẽt, intellexisset, vbi canis nõ erat, voti cõpotem se fore rata, illuc se cõferẽs ad vnã oẽs occidit. Fabula indicat, melius esse bonũ, & stre nuũ vicinũ, q̃ ignauos consanguineos habere ꝓpinquos.

De Gallinæ pullo matri non obsequente, vnde a Mil// uo raptus est. XL.

Gallina pullos cõplures habens vehementer extimescebat, ne sibi a Miluo surriperent. Vnde sæpe eos sub ala viso Mil uo congregans, ab inimica alite tutabãt. Sed quadam die Miluum ad se accedentem conspicata, filios conuocauit, qui omnes propere ad vocem Matris currentes salui facti sunt; vno dumtaxat excepto, qui Matris voce cõtempta, dum granum tritici esse cupit, per aera curuis vnguibus a sæua aue raptus est. Fabula indicat, qui parentum imperio non obsequunt, in maximas calamitates incidere.

De Lupo in fossam lapso, & Vulpe irridente. XLI.

Lupum i fossam lupariã delapsum Vulpes cõspicata irride/ bat, & circũ oras, & fossæ marginẽ lætabũda saltitabat, sto/

lidũ aíal illũ appellás, qui hoíum fraudes nó aíaduertiſſet. Dũ ſic ergo laſciua geſtiret ſubſidés terra eá traxit í pceps, quá delabenté Lup⁹ cóſpicatus, maximũ inqt nũc mortis meæ ſolatiũ ad manes feram, videns Vulpé, q̃ me irridebat, mecũ pereũté. Fabula indicat, illoꝝ calamitatib⁹ nũq̃ inſultandum, quom in eaſdé nos quoq; incidere poſſimus.

De Lupo oues inuadere volente ſed ípedito. XLII.

Lupus, & leo cõtracta íter ſe amicitia victũ q̃ritabát, quũ Lupus audito ouiũ balatu cõfide inqt amice. Cibus iam aderit. Secutus ergo ouium vocem quom ad ouile perueniſſet, reperit illud optime munitum, & canes prope dormientes. Reuerſus igitur ad Leonem. Non placet inquit mihi, quod in præſentia edamus oues. Macilentæ admodum enim ſunt. Sinamus eas pingueſcere, redituri, quom fuerít pingues effectæ. Fabula eos arguit, qui impediti ne quid faciant ſe noluiſſe argumentantur.

De Vulture a canib⁹ capto ob p̃dá nõ dimiſſá. XLIII.

Vultures duo cadauer depaſcétes, duo ígentia carnis fruſta abſciderant, q̃ vnguibus p aera ferre decreuerát, quõ ſubito canibus aduentátibus, alter eoꝝ demiſſa ſua parte cadaueris heiulans ſtatim e canum conſpectu pcul abiit. Alter p̃dæ intentus, dum partem ſuam dimittere cunctat, a canibus captus eſt, qui dum ſe iam iam moriturũ videret, heu í qt me miſeꝝ, & íſelicem, q paruæ voluptatis cauſa, tot vitæ voluptates amittam. Fabula indicat, nimiam acquirendi cupiditatem ſæpenumero auaris attuliſſe perniciem.

De Olitore, qui talpam occidere volebat. XLIIII.

Olitor Talpá capiens, eam interimere volebat. Cui illa, ne occidas inq̃t mi Here me famulam tuam, tá pulchra pelle

cõtectã,& hortulos tuos gratis fodiẽtẽ. Non me rñdit Olitor his blãdulis delinies verbis, quõ me ĩuito hortulos meos, vt dicis fodiens, herbas omnes, vt te ipsam pascaris radicitus eruas, & me ad inopiã redigas. Fabula indicat, in cunctis rebus voluntatem hominum esse spectandam.

De Viro diuite, & Viro literato. XLV.

Vir qdam diues sed illiteratus, Vię doctũ, sed inopem deridebat, q ipse sua ĩdustria multas diuitias cõgregasset, quõ ille qui tanta doctrina pollebat, maxima inopia premeret. Cui ille, nil mirum, quom tu opibus coaceruandis, ego uero doctrinæ comparandæ, quæ longe diuitiis præstat, incubuerim. Hinc inter diuitem, & literatum orta cõtentio, vtrum doctrina an gaza præstantior esset, componi non poterat, quom vterq multos fautores haberet, sed plures diues. Tandem hoc pacto compertum est doctrinam gaza præstantiorem esse. Discordiis ciuilibus ambo solum mutare compulsi, quom nihil secum e suis fortunæ bonis ferre potuissent, in aliam vrbem se contulerunt, vbi Vir literatus magna ad docendum mercede conductus in magno pretio, & honore habebatur. Qui vero diues fuerat, panem hostiatim petere coactus inopia cõfessus est, se sua opinione deceptum. Fabula indicat, fortunæ bona, quoniam huc & illuc transeunt, ab animi bonis quæ propria & perpetua sunt longe superari.

De Vulpe capta a Cane dũ se mortuã simulat. XLVI.

Vulpes simulans se defunctã, vt aues ad se tanq̃ ad cadauer accedẽtes ĩterciperet, luto oblita ĩ quodam agro resupina iacebat, expectans cornices, coruos, & hmõi rapaces volucres, quas deuoraret, quũ superueniens Canis eam mordi

cus captam cœpit dentib⁹ lacerare. Quod illa aīaduertēs, digna īqt patior. Nā dū fraudib⁹ aues cape studeo, ab alio ipsa capta sum. Fabula indicat, q aliis insidias moliunt̃, moleste ferre nō debere, quom ipsi quoq; ab aliis capiuntur.

De Vrso, qui vxori oculum eruit. XLVII.

Vrsus dū forte cū vxore rixaret̃, oculū illi eruit. Sed postea pœnitens tanto dolore affectus ē, vt vngues sibi mordicus pͨideret. Deinde quom inter loquendū diceret, præ suo in Vrsam amore, se ꝓpriis armis exuisse. Quid inquit Vxor istud luscæ mihi nunc ꝓdest? Anteq̄ oculum mihi erueres istud faciendum fuit. Fabula īdicat, post illatas iniurias serā esse pœnitentiam, quom facta infecta fieri non possint.

De Leone irato cōtra Ceruū lætū morte Leænæ. XLVIII.

Leo omnes quadrupedes ad defunctæ vxoris exequias honestādas inuitarat. Cunctis igit̃ aliis mortem reginæ ineffabili dolore prosequentibus, solus Ceruus, cui illa filios eripuerat, exps doloris nullas lachrymas emittebat. Quod Leo percipiens accersitum ad se Ceruum, vt illum perimeret, interrogat. Cur nō cum aliis reginæ mortem fleat. Cui ille, fecissem inquit, nisi me hoc facere prohibuisset. Aduenienti enim mihi felix eius anima ad elisias sedes ꝓficiscēs apparuit dicens, eius discessum non lugendum, quom ad amœna vireta Fortunatorum nemorum, sedesq; beatas ꝓficisceret̃. Hæc leo audiens lætatus est, Ceruoq; veniam dedit. Fabula indicat, viri prudentis offm̄ esse interdum fingere, & sese a potētium furore honesta excusatione tutari.

De Patrefamilias succēsente cani ob gallinas raptas. XLIX.

Paterfamilias oblit⁹ harā, in q̄ Gallinæ pnoctabāt, claudere. quom mane surrexisset, reperit oēs a Vulpe occisas, & abla

tas esse. Indignatus igit᷑ in Canem, tanq̃ malum reꝝ suaꝝ custodem, multis illum afficiebat plagis. Cui ille, si tu ĩqt, cui gallinæ oua, & pullos pariebant in occludendo hostio negligens fuisti, qd miꝝ, si ego alto sopore oppressus Vulpem venientem nõ sensi, q nulla ex illis emolumenta percipiebam. Fabula indicat, haud vnq̃ sperandũ diligentem fore familiam, cuius pater familias negligens fuerit.

De Delectore militum. L.

Delector qdã missus a Duce suo ad milites deligendos, qui rebus bellicis magis idonei viderent᷑, inter cæteros quendam eligere volebat, ꝓcera statura, & q aspectu ipso præ se ferebat strenuũ bellatorẽ. Tũ ille, falleris inqt o Delector. Non sum enim is qui videor. Fabula indicat, ex ipso corporis habitu homines non esse iudicandos.

De Vulpe Gallinam ĩcubantem occidere volente. LI.

Vulpes rustici cuiusdã domũ ingressa, reperit in nido Gallinã ouis incubãtẽ, q̃ eam rogabat dicẽs. Ne me obsecro in p̃sentia occidas macilentã. Expecta paululũ dũ pulli mihi nascãt᷑, quos vt tenellos absq; dẽtiũ dolore eẽ poteris. Tũc Vulpes nõ essem inqt inter Vulpes numeranda, si nũc esuriens spe pulloꝝ, q nõdũ nati sunt paratũ omitterẽ cibum. Dẽtes validos gero, q quãlibet durissimã carnẽ molere cõsueuerũt. Hæc dicẽs, gallinã deuorauit. Fabula indicat, eũ amentem esse, qui incerta spe maioꝝ reꝝ p̃sentes omittit.

De Cane, q societatẽ cũ Asino aduersus Lupũ iniuit. LII.

Canis molossus cognoscẽs se Lupo cũ quo magnas exercebat inimicitias imparẽ, statuit aliquẽ sibi sociũ asciscere, vt mutuo auxilio Lupũ superet. Videns aũt Asinũ Lupo vocaliorẽ, maiorẽ, clitellisq; velut thorace armatũ, magnasq;

pilas podice cũ magno tonitru emittẽtem, ratus est eũ stre nuum eẽ bellatorẽ. Quare contracta societate Lupũ ad pu gnam ꝓuocauit. Sed vbi ad primum lupi cõspectũ Asinũ fugientem vidit, nilq; aliud q̃ inconditos clamores, & ma/gnos ventris crepitus edentẽ, ipse quoq; fugiẽs sociũ in ipa pugna deseruit pabulum Lupo, vulturibusq; futuꝝ. Fabu la indicat, stultos esse, qui hoĩum virtutem ex verborum ampullositate, & corporis proceritate diiudicant.

De Lupo gregem aggresso, quom ibi duo Canes eẽnt inter se pugnantes. LIII.

Lupus ex alta specula cõtemplatus Canes geminos gregis ouium custodes inter se pugnantes, & sese mutuis morsi/bus dilacerantes, spẽ concepit posse tuto oues ĩuadere. Ma gno igit᷑ impetu in oues delatus, quũ vnam oppido pin//guem rapuisset, concite fugiebat. Canes id cõspicati, omis sa domestica pugna Lupum fugientem assecuti tantis illũ affecere vulneribus, vt vix posset euadere. Cum aũt mox ab alio Lupo ĩterrogaret᷑ cur solus gregem esset adortus vbi tam validi erant propugnatores, domestica inquit pu/gna deceptus sum. Fabula indicat, quod inimicitiæ exter/norum, discordes propinquoꝝ aĩos reconciliare solent.

De Asino, qui obiens vinũ effudit. LIIII.

Vir qdã paup, cui p̃ter vini doliũ, & asinũ nihil erat, filiã vni cam cuidã spopõderat adulescẽti, paulũ nescio qd pollicit⁹ dotis, quã ex vini & asini pretio (cõstituerat.n. hæc venũda re) cõtrahere posse arbitrabat᷑. Sed seqnti, q̃ sponsalia facta sunt nocte, Asinus obiit, & ĩter moriẽdũ fracto calcibus do lio vinũ effudit. Fabula ĩdicat, nullã ĩ reb⁹ caducis spẽ hñdã.

De Arundine nidulum ab auicula petente. LV.

Arundo ægre ferebat, quom cæteræ non solum arbores, ve- rum etiam herbæ interdum nidos auium sustinerent, se eo honore priuari. Rogauit ergo auiculam quandam, vt in ipsa nidificaret. cui illa, facerem inquit, nisi instabilitati tuæ diffiderem. Nolo enim filiorum meorum domum in fun- damento tam instabili collocare. Fabula ĩdicat, res nostras viris instabilibus minime committendas.

De Pica Cuculum pro accipitre fugiente. LVI.

Pica inter arbo℞ frondes delitescẽtẽ Cuculũ cõspicata, Acci- pitrẽ esse suspicata est. Quare cõcite fugiebat. Quod non- nullæ aliæ aues, q̃ ꝓpe aderant, intuitæ, Picã irridebant, qđ pro accipitre Cuculum fugeret, qbꝰ illa, malo inqt a vobis irrideri, q̃ ab amicis fleri. Fabula indicat, melius esse inimi- cis ridendi, q̃ amicis flendi præbere materiam.

De Seruo qui Asinum heri e rupe deiecit. LVII.

Seruus cuiusdã agricolæ Asinũ dñi sui ex alta rupe ꝑcipitem dedit, ne quotidie huc, & illuc agere cogeret̃, mentitusq; ẽ dño illũ sponte sua se deiecisse. Ob hoc Dñs Seruum com pellebat omnia humeris suis ferre, q̃ ante Asinus portabat. Quod Seruus neq̃ aĩaduertens, male inquit mihi cõsului, quom innocentem cõseruũ meũ peremi, q me tãto labore leuabat. iuste nũc plector. Fabula indicat, insipientes dum mala a se amoliri volũt, sæpe incidere in grauiora.

De Porco post mortẽ gratiã dño referente. LVIII.

Porcus criminatus ab ouibus, qđ dño a quo tanta pascebat̃ diligẽtia, nullam referret gratiã, quõ ipsæ lac, lanã, agnosq; illi præberent, mortuus ĩqt referam. Non ab re me nutrit. Fabula indicat, quod nemo absq; spe premii laborẽ subit.

De Merula Miluum extimescente. LIX.

Merula suspiciens Miluum magno ambitu aera circinantẽ, igẽtesq; heiulatus edentem, vehementer exterrita est. Cui Turdus ne trepida soror ĩqt. Tantos pugnæ apparatus, tot q; minas ĩ exiguũ murẽ, aut ĩ pullũ gallinaceũ tandẽ effun-det. Cauẽdum nobis est ab accipitre, cuius prius vngues q̃ vocem sentire solemus. Fabula ĩdicat, magis quietos, & taci-tos homines, q̃ minaces, & verbosos extimescendos.

De Gallis inter se pugnantibus. LX.

Galli duo (vt eoꝝ mos est) inter se de ducatu Gallinaꝝ acerri me certabant. Qui supior in pugna fuerat, alaꝝ plausu, vo cisq; cantu se victorẽ fuisse significãs, Venere, & otio emar cuit. Victus aũt a cõspectu gallinaꝝ ꝓfugiẽs cum cornici-bus & pauonibus sese quotidie pugnando exercebat, infe-rendi, vitandiq; ictus artẽ ediscebat, q vbi se satis instructũ vidit, rediẽs aduersarium ad pugnam ꝓuocatum nullo ne gocio superauit. Fabula ĩdicat, nihil æque milites enerua-re, q̃ nimium Veneris vsum, desuetudinemq; pugnandi.

De Viro benefico, qui in latrones inciderat. LXI.

Vir beneficus, & in cunctos liberalis peregre profectus inci-dit in latrones, q circunstantes quũ eum ĩterimere vellent, exclamauit vnus ex eis. Ne interficiatis hunc, virum bonũ, & de me benemeritum. Quippe qui me nõ solum olim be nigne suscepit hospitio, veꝝ etiam ægrotum fouit, medi-coq; curandum tradidit. Quibus verbis moti socii, illum illæsum abire ꝑmiserunt. Fabula indicat, quoad possumus beneficia in cunctos conferenda.

De Cane qui occidit filium domini. LXII.

Vir qdam diues venandi studio mirifice deditus cõplures ca nes alebat, quoꝝ vnus filiũ dñi morsu ĩterfecit. Dñs ira per

citus nō solum homicidam, verum et oēs alios iussit occidi. Tunc ait vnus ex eis. Vnus peccauit, & cuncti plectimur. Fabula indicat, vnius malignitatem sæpe multis obesse.

De Agricola icto ab ape. LXIII.

Agricola ictus ab ape admirabat᷑ vt ex eodem ore succus tā suauis, & stimulus tanti doloris exiret. Respondit Apes. Quo beneficentior sum, eo maiori odio psequor mihi inferentes iniuriam. Fabula indicat, Quo magis homines benefici sunt, eo minus iniurias tolerare.

De Capra prohibita a Cane hortum intrare. LXIIII.

Capra esuriens, hortum quendam, vbi virentia viderat olera, intrare cupiebat. Sed Canis molossus, quem Olitor custodem apposuerat nō permittebat, minitans ei mortem, si pedem introferre tentaret. Cui Capra. Quid īquit me esse phibes, q̄ tibi nulli sunt vsui? Nulla respondit Canis ratione hoc facio, sed quia ita mihi insitum est a natura. Fabula exprimit naturam auarorum, qui multis rebus abundant, quibus neq; ipsi fruunt᷑, neq; alios frui patiuntur.

De Hydro Ranam deuorare volente. LXV.

Hydrus in quādā palude Ranā psēqbat᷑, quē quō illa euadere nō posset, cōuersa dicebat. Ne me deuora Hydre, q̄ nulli vnq̄ nocui. Cui Hydrus, clamor tuus inqt, minæq;, qb⁹ die, noctuq; obstrepis, te maleficum aīal eē testant᷑. Quod autem nō noceas, impotētia cā est, dētes.n.nō habes. Fabula indicat, multis non animum nocendi, sed vires deesse.

De Iuuene ducturo Vxorem rogāte amicos vt pro se orarent. LXVI.

Iuuenis qdā despōsurus vxorē, quō interrogaret᷑, an eā vellet, cōuertit se ad amicos, & ppinquos, q̄ ibi aderant, dicēs.

Quid vt muti siletis? Cur nō Deum, vt me hodie adiuuet, oratis? Si enim sternutātibus Deum adesse precamur, vbi nullum est periculum, quanto nunc magis ꝑ me orare debetis, cui tantum videtis imminere discrimen. Fabula indicat, ducentes vxorem maxima adire pericula.

De Viro decrepito arbores inserente. LXVII.

Vir decrepitæ senectutis irridebať a Iuuene quodā, vt delyrus, quod arbores insereret, quaꝝ non esset poma visurus. Cui Senex. Nec tu inqt ex iis, quas nūc inserere paras, fructus fortasse decerpes. Nec mora. Iuuenis ex arbore, quam surculos decerpturus ascēderat, ruens collum fregit. Fabula indicat, mortem omni ætati esse communem.

De Claudo primum accubitū occupante. LXVIII.

Claudus quidam ad nuptias inuitatus in primo discubuit loco. Sed magister conuiuii eum inde detrahens in vltimo collocauit dicens. Sedes nulla datur præter q̃ sexta trocheo: alludens ad hūc pedē, cui duæ syllabæ dispares sunt, vt illi pedes erant, & qui in vltima metri heroici locatur sede, vt ille ima cōuiuii parte dignus erat. Fabula īdicat, primos accubitus nō occupandos, ne irrideamur īde detracti.

De viro q thesauꝝ cōpatre cōscio abdiderat. LXIX.

